

R (Ms)


351



Sala Reservada Est<sup>o</sup> 9-6.

N.T. 118650Z

C.B. 1000914120





CURSUS PHI-  
LOSOPHICI  
REMI BERNAR-  
DESSOANE  
ET TERTIA PARS  
ARGENTINENSIS ME-  
TAPHYSICAM,  
SIVE SCIENTIAM  
DE ENTE

CURUS US PH

I O SOPHICI

R P M E B E R N A

O T H O N I S

L E R T I A R Y

O T T A M E

L I O N I

A R E X I E N T I A

S E N T I A




CURSUS PHI  
LOSOPHICI  
R.P.M.F. BERNARDI  
DI SEOANE  
TERTIA PARS  
CONTINENS ME  
TAPHISICAM,  
SIVE SCIËNTIAM  
DE ENTE.



CURSUS PHI  
LOSOPHICI  
RPM.F. BERNA  
DISECTANE  
FERTIA PARS  
CONTINENS ME  
TAPHISICAM  
SIVE SCIENTIAM  
DE ENTE



# PRÆFATIO



**DEUNDA** *maxima* nobis est altera Philosophia pars, quam Aristoteli Sectatores Metaphysicam dixerunt. Hæc est prima philosophia, seu scientia generalis, quæ communem omnium affectionem inquirunt, ac primam veluti facultatum omnium semina complectitur, adeoque facultatum om-

nium prædicamentum, ac veluti fontem uberrimum generalium debet, ex quo nitida quadam, nativæque reatæ peculiariter illa cognitiones dimanant, quæ in cæteris facultatibus acquiruntur.

**N**ec tantum enim ipsorum à circumstantiis omnibus secretum, communeque mentis affectiones metaphysice exponit, sed incorporea etiam substantia, veluti objectum sibi proprium contemplatur. Hinc metaphysica in tres partes optime distingui solet. Præcipua prima **Ontologia**, hoc est, entium scientia vocatur, adeoque omni ipsum, et communem ipsorum affectionem exponit. Altera de creaturæ speciebus, præsertim vero de humanis animis, vel humana mentis substantia, virtutibus, atque attributis disserit, hæcque **Pneumatologia**, sive spirituum scientia dicitur. Tertia denique **Metaphysica pars** Deum ipsum, ejusque substantiam, ac attributa singula solo rationis lumine, sive cæcitate natura videtur contemplatur, adeoque **Theologia naturalis** vocatur.

**E**ndem vero maximam, et omnium facultatum dignitatem, atque præstantissimum sibi potest, incorporea substantia, ac De-

2  
us ipse, qui est in illa a nobis. Iniqua tua, ac deo non tractata, ca-  
teali omnibus facultatibus a nobis objectis longe sublimior,  
atque nobilior haberi debet. Et ipsa quoque objecti ambitu-  
dine metaphisica nobilitas colligi poterit, cum discubimus  
per omnes ex ead pendere, et principia generalia mutentur.  
Sed cavendum illud identidem meminemus, ne circa abstrac-  
tas notiones ita occupemur, ut philosophicas, et solidas rationes  
penitus negligamus, cum illa sola explicandi peritus rebus  
non sufficiant, et vana scientia per navigationem interdum non  
inspiciant, dum alij doctores videmus, quod abstractas, et ge-  
nerales ideas formamus.

**I**gitur optimo, maximeque jure *Metaphisica de*  
*fundetur*, si dicatur, cum esse sapientiam, vel scientiam specu-  
lativam, quae circa ens generatum, illiusque affectiones per  
mentem abstractam, sive circa ideam objectivam entis, eoque  
prophetatur, et speculamur generalium, speculamur vero circa  
substantiam spirituales, prout naturalium ratione cognoscen-  
dam, occupatur. Primum est sapientia, id est, superiorem quaedam  
scientia (hoc enim sensu sapientia nomen hic sumitur) quae  
circa res altissimas per altissima principia, aut rationes  
occupatur, et inquit de ente generatum sumpto, quo nihil magis  
res valius est, et de Deo, quo nihil excellentius, agit *Metaphisica*.

**S**ecundo dicitur potest scientia, id est, cognitio certa, et  
evidens, vel necessaria, et immutabilis per proprias illius cau-  
sas, et rationes. Nam quae de ente, vel idea objectiva entis, ge-  
nerationem de Deo, et humana mente speculamur demonstrat, ea  
immutabilia sunt, et immutabilibus rationibus munita, ut  
inspiciantur videntur. Tertia est speculativa quaedam cognitio re-  
rum generalissimum per altissima principia, aut argu-  
menta, cum nihil circa res illas morlatur, aut mo-

videndum praestabat. Jam ergo ad ens  
tuturam veniamus.



3

PARS PRIMA METAPHYSICAE,  
SIVE ONTOLOGIA.  
PROEMIUM

**C**UM scientia omnes  
aliquid ens, veluti ob-  
jectum considerent, va-  
riaeque illius proprie-  
tates contemplentur,  
merito inquitur  
est, ut ad scientias om-  
niū scientia compa-  
randam, scientia quae-  
dam generalis inve-

nietur, qua ens ipsum cognoscatur, ut ab universalibus in om-  
niū cognitione ens, erant deinde cuilibet ens particulari  
cognitio obviaret. Quomodo vero universalis cognitio voca-  
tatur Ontologia, sive de scientia de ente. Cum

clarior, quo poterimus ordine conti-  
plectemur, atque ens ipsum, quae-  
que proprietates, ac spe-  
cies contemplabimus.

TARS PRIMA META  
PHISIO  
SIVE ONTOLOGIA

# Caput I De Ente

¶ **Q**uamquam dicitur in  
ter Intellectum vultu  
cumferant, uterum nemp  
quo in particula sunt d  
clara praesentis temporis  
~~etiam praesentis~~ sive essent  
est, ac existens, aut eorum  
quo nominis tantum, non  
participat, nisi habet, por  
teatorem tamen vniu ab eandem vultu vniuersum. Ent  
est id, quod est, aut esse potest; unde nihil existere potest, cui  
generalis haec entis idem non conueniat; aliquando tamen  
hocentis nomen existentibus salum adu  
tulerunt, ut  
si praeteritum futuris, et possibilibus diu  
dequidem illa, si cum existentibus conferantur, verum non  
entia concipiuntur. Inter omni eodem nomen entis non om  
nibus existentibus, ~~etiam~~ sed substantiis volum  
cedere uolet, quod illa nimirum, si cum accidentibus compa  
rentur, quibus substantia affecta sunt, meliori quoddam  
existentia genere praedita sunt, quippe qua independentes  
ab alio existunt.

¶ Denique emphasi, anthonomasia, vel excellentia  
quodam entis nomine Deus ipse intelligi, uocarique uolet,  
quod illa nimirum perfectioni, atque infinito proxi  
essentia, ~~genere~~ vel existentia genere fauatur, existentiam  
et



8

illam à nullo accepit, sed necessario, perfectivè iniquè ex-  
 tit, quacumque demum ab illo creata fuerit, sive produci  
 possit, si cum illo comparatur, potius non esse, quam esse  
 videatur. Hinc in sacris litteris Deus ipse dicitur. Exodi  
 cap. 3. ego sum, qui sum. De creatis vero verbis dicitur. Itaque  
 cap. 40. in omni genere, quas non sunt, sic sunt exanimis, et  
~~inanimis~~ et quas nihilum, et inane reputatae sunt eis, perinde  
quasi identitas illa, sicut infinita Dei unitate confusa-  
tura, nihil pro eis esse videatur.

**E**ne universaliter sumptum, sive, prout importat  
 aptitudinem ad existendum conditioem à quibusdam, est pra-  
 dicatum essentiale rerum omnium, quotquot veram, et positè-  
 ram realitatem habent: omnibus quippe essentialiter con-  
 venit, posse realiter existere. Dicitur autem ens in impè-  
 ritum, necessarium, et increatum, quod à nullo recipit esse,  
 sed necessario, et per se existit, ut est solus Deus, et in ens  
 finitum, et contingens, quod est creatura. Differentia, vel gra-  
 di differentia entis necessari, vocatur averta, eo quod. o-  
 mnis Deus sit ens à se. differentia vero creatura ab altera,  
 quia creatura est ens ab alio. Eius finitum subdividitur  
 in substantiam, et accidens. Iterum substantia creata est  
 corporea, et in incorporea dividuntur, quae cumque singulari  
 est varias species. His omnibus sua conveniunt attributa  
 essentialia, de quibus suo loco dicemus. Nunc non nulla  
 quaestiones nobis sunt proponenda.

Quaestio I

Utrum ens transcendat formaliter differentiam?

**A**Predicatum aliquod transcendere formaliter differentiam, idem est, ac imitari in for-  
 mali, et quodlibet conceptu differentiarum,  
 adeo ut differentia definiantur per illud est  
 nec.



6.  
 recto, vel immediate, vel mediata tantum. Sic homo non  
 solum transcenditur formaliter ab animali, per quod imme-  
 diate definitur, sed etiam a corpore, et a sensu, per quod  
 definitur solum mediata. Quarta ergo, an a se vel a  
 ita transcendatur ab ente, ut sit definitivus per ipsum me-  
 diate vultem. Nec loquimur de differentia, propter quod  
 bursi ut sic, quales sunt a se vel a se, quae non  
 differentia, sed modo. Intelligitur Scotista appellant, vel  
 etiam de ceteris generis, et species duobus, huiusmodi  
 sunt corporeitas, sensibilitas, rationalitas, &c.

5. **F**ormaliter transcenditiam entis negant Scotista, quod  
 per se vel a se transcenditur ab ente, praedictione non inclu-  
 sionis, adeoque non est ens formaliter, et ut quod, sed pure con-  
 stitutive, et ut quod, quatenus ut id, quod constituitur ens, et  
 terminatum, nempe substantiale. Unde per se vel a se, inquit, et  
 aliquid, est possibile, quae ut quod, ceterum formaliter, et  
 ut quod, nec est aliquid, nec nihil, nec possibile, nec impossi-  
 bile, sed ab his omnibus extrinsece praedictum. Et contra ens trans-  
 cendere formaliter omnes differentias affirmant communiter  
 Thomista, et praeterea ex Jesuita, cum quibus sit.

## Arsentio Nostra.

6. **E**ns transcendit formaliter omnes modos,  
 et differentias rerum. Probat. A se vel a se, e.g.  
 quae est differentia, vel modus intelligitur de  
 ratione. Dum a se vel a se, definitur per ens in recto, vel  
 per praedictum, quod est formaliter ens, ergo transcenditur  
 formaliter ab ente, utique ratio est eadem in omnibus diffe-  
 rentiis, nulla subterfugit transcenditiam entis. Probo antea:  
 a se vel a se definitur per necessitatem existendi; sed necessitas ex-  
 istendi est formaliter ens; ergo, Probo mox: nec a se vel a se existendi ex-  
 istendi.

7  
quod impotentiam existendi, sed quod excludit impotentiam  
existendi, est formaliter ens; huiusmodi hoc definitur per possi-  
bilitatem existendi; ergo. Probo magis: necessitas existendi excludit  
contingentiam non existendi; ergo si formaliter excludit impoten-  
tiam existendi.

7 **C**onfirmatur, et pracluditur ad exceptionem solutio:  
assuetas est formaliter, et ut quod perfectio; ergo est formaliter  
ens. Consequentia est legitima, quia perfectio, et essitas conve-  
niunt. Probo antea: solo titulo assuetatis, omni alio relicto, red-  
ditur Deus perfectio creaturae; sed requirit Deus reddi perfectionem  
creaturae, si assuetas non est formaliter, et ut quod perfectio; ergo.  
Probo enim si assuetas non est formaliter, et ut quod perfectio,  
nulla perfectio advenit Deo ex solo titulo assuetatis; sed requirit  
Deus evadere perfectio creaturae ex solo titulo, quo nulla per-  
fectio ipsi advenit; ergo.

8 **C**erte ratione assuetatis redditur Deus ens infinite  
meritum, infinite perfectum, quam creatura. Quomodo autem hoc  
stare poterit, si per assuetatem nulla perfectio additur enti, sed so-  
la formalitas praecidens a perfectione, et imperfectione? In qua:  
vel assuetas perficit ens, vel non? Si non perficit, quomodo red-  
dit infinite perfectum? Si perficit; ergo est perfectio; nihil enim  
redditur perfectum, nisi a perfectione.

## Solutio Argumenta.

**O**bjicitur primo: perfectas v.g. non definitur  
per ens in actu; ergo non transitur forma-  
liter ad ens. Probo antea: perfectas defi-  
nitur determinate ens ad substantiam, ubi solus pendet  
ens de obliquo; ergo. Confirmatur: perfectas definitur, ut forma-  
liter adiacens enti; sed non definitur, ut formaliter adiacens  
si.



7  
submetipsum, ergo ipsa non definitur per ens, sed recto. Nego.  
neg. antec. Ad prob. nego antec. Quia per se talis definitio modo-  
te autem per ens, sed recto, cum definitur per predicata,  
qua sunt formaliter ens, nam determinatio entis ad substantiam,  
cum sit actus existens, necessarius est ens. Quod autem in defini-  
tione fiat mentis entis, sed obliquum nihil reperit, plures quippe con-  
ceptus continent sed recto id ipsum, quod ex modo significandi de  
obliquum important, ut patet in his: essentia per se talis, quod dicitur  
entis.

10. Ad conflatum dicitur, magis definitur, ut formaliter adiacens,  
entis per modum differentie, proprie talis, magis per conceptum in-  
per additum amplitudinem entis, deturminantem, et ipsum incedentem  
com. mag. min. et nego conseq. Per se talis non adiacet entis, tamquam  
forma ab ipso mutuo distincta, quia cum eo compositum bonum fa-  
ciat per modum, quo differentia additur generali, ut loquitur D. Tho-  
mas, adiacet tamen per modum conceptus superadditi deturmi-  
nantem, rationem entis. Licet enim per se talis sit formaliter ens,  
ut patet ex proprio conceptu importans capacitatem existendi, ta-  
men ens formaliter sumptum non est per se talis: cum sit con-  
ceptus communis, et universalior quolibet differentia. Hinc per  
se talis non supereminet submetipsum, quia ens, cui supereminet non  
est per se talis, licet ipsa sit ens.

11. Obiicitur. Si substantia formaliter differt ab accidenti, sed  
non differt in ratione finali entis, ergo differt in alioquin finalitate, qua  
non sit finaliter ens. Dicitur. In ratione finali entis cognita sub conceptu  
com. cognita sub conceptu per se talis nego min. et conseq. Subiicit et accidenti  
differtur ratione per se talis, et finalitatis: differe autem per hoc conceptus  
vix ut differat in ratione entis non ut representata per conceptum ens, sed ut  
cognita per conceptus proprie.

12. Obiicitur. Si admodum transcendentia nulla ratio finalis invenitur in sub-  
stantia qua non sit finalis ratio entis, sed tota finalis ratio entis invenitur accidenti, ergo  
admodum transcendentia nulla ratio finalis invenitur in sub-  
stantia qua non invenitur accidenti, ergo nec ratio, per quam differt ab accidenti. Conceditur. primum nego  
conseq. vel dicitur gratia dicitur, magis: qua non sit finalis ratio entis, sed in-  
venitur non mutua comodo: dicitur tamen mutua magis conseq. Sed ex eo,  
quod tota ratio entis conveniat accidenti, non sequitur, ratio non, per  
sed





15. **Insuper:** possibile est convenientia pura substantia, et accidentis, ut contingit per conceptum ens; ergo et poterit concepti eorum dissimilitudo pura. **Concessio ant. nego con-** neg, quia licet substantia, et accidentis sub conceptu ens conu-  
pi possent independentem à conceptibus differentialibus, sub  
nullo tamen conceptu conuipi valent independentem à conue-  
nientia, quam exprimit conceptus ens.

16. **Obiicit quinto:** Substantia non definitur solum  
per ens; ergo includit predicatum, quod sit aliud ab ente. **Con-**  
**firma:** Substantia formaliter sumpta non est ens præcise;  
ergo est ens, et aliquid aliud. **Concessio ant. (Quia substantia)**  
non definitur solum per ens sub modo conceptu entis **disting.**  
**conieg:** quod sit aliud ab ente alietate mutua **nego:** alietate  
non mutua **con:** Substantia definitur per predicatum, quod  
ita est ens, ut tamen in ente non includatur, quæ distinctis,  
ut pote non mutua, non impedit entis transcendentiã. **Ad**  
**confirma. disting. conieg:** aliquid aliud alietate mutua **nego:**  
alietate non mutua **con. conieg.** Substantia non tantum est  
ens sub modo conceptu entis, sed est ens, et aliquid aliud, quod  
ita est extra essentiam entis, ut tamen non excludat ens à suo  
conceptu essentiali.

17. **Ad extremum obiicit sequentia:** Primo: per se ita, et  
substantia solum differunt per modum significandi, quæ  
substantia abstractum, et concretum abique propria distinc-  
tione rationis, non aliter, ac ens, et entitas. Secundo: respectu  
entis nulla est differentia propria talis, quia talis non  
dicitur, nisi, quæ mutuo distinguitur per rationem à præ-  
dicato communi, quod contrahit. **Item ens non est deter-**  
mi



minabile, nec contrahibile per differentias proprie tales ab ipso mutuo distinctas, nec et sit contrahibile per conceptus vere limitantes amplitudinem entis, a quo transcenditur.

18. Pro hujus intelligentia observa textus: *Diffinitiam* contrahi posse predicata communia. *Primo*: per conceptus in se fundorum adequatos, ac proprie differentiales. *Secundo*: per conceptus específicos, sive adequatos essentialia inferiorum. Utique modo contrahuntur predicata generica; Nam animal v.g. non solum contrahitur per conceptum rationale, sed etiam per conceptum homo: contrahitur enim sit limitari quoad ad universalitatem, et determinari, ut sit potius hujus speciei, quam alterius. *Predicata* autem transcendente non nisi secundo modo, contrahuntur, scilicet per conceptus inferiorum adequatos, et quasi específicos, hujusmodi est hic, Substantia, vel qui non minus adequatus est, penitentia. Nec ideo enim contrahitur per se ipsum abique ulla propria distinctio: ne rationis; contrahitur enim per aliquod, a quo ipsum ens formaliter distinguitur, nec illud non distinguitur ab ente.

19. *Observe* quanto: falsum esse, quod ens per se nihil aliud significet, quam ens, et ens: significet enim ens tantum, determinatum, substantiale. Ex dictis collige primo: in substantia non datur compositionem metaphysicam ex conceptu communi, et differentiali, quia omni compositio neque aut partes mutuo distinctas, quales in substantia composita nequeunt, cum penitentia non sit pars, sed tota quidditas substantia. Collige secundo: conceptum entis non esse potentialem, per modum subjecti spectantis formam, aut actum proprie talem: non enim penitentia, alia ve differentia



## II.

comparatur ad ens, ut actus metaphisicus ad objectum, sed ut conceptus inferior ad superiorum, a quo transcenditur. Si tamen potentialitas significet indifferentiam, seu determinabilitatem, conceptus entis, potentialiter est, ipse sique respondet, cum determinativum cum sola determinatione non mutua.

### Quaestio 2.<sup>a</sup>

Utrum ratio entis a suis inferioribus perfecte praecindendi possit?

#### §. 5.<sup>o</sup>

20. Quaesimus, utrum dari possit conceptus objectivus entis, ut ille, qui sit praecisus praecisione metaphisica, qualem exprimus in logica ab omni multiplicitate, ac diversitate, quae in particularibus entibus invenitur? Conceptum objectivum entis simpliciter unum negant Thomista, apud quos ratio entis, quantumvis abstracta, continet actu inferiora omnia, quae transcendit, a quibus imperfecte solum, secundum quid, et quoad explicitum praecindit. Ex adverso conceptum objectivum entis ab inferioribus perfecte praecisum, adeoque simpliciter unum unitate rationis tuentur Scotista omnes, et communiter Jesuita, quibus adhaeret nostrus Illustrissimus Monachus hinc legitur sit.

#### Nostra assentio.

21. <sup>§. 6.<sup>o</sup></sup> Datus conceptus objectivus entis ab inferioribus simpliciter praecisus, atque adeo univ. unitate rationis. Prob. Ratio entis nullam dicit imperfectionem, nec pro implicito, nec pro ex-  
cludito, rigor ab inferioribus perfecte praecindit, cum hoc esse imperfectionem dicant. Probo aut. Ratio entis est perfectio simpli-  
ci

aliter simplex; sed perfectio simpliciter simplex nullam imperfectionem dicit, nec pro implicito, nec pro explicito; ergo. Probo  
 may: perfectio simpliciter simplex est ea, quae melior est ipia, quam non ipia; sed ratio entis est perfectio, quae melior est ipia, quam non ipia: melior quippe est ens, quam non ens, siue omne incomparabile cum ente; ergo.

22. *Conflam:* Inferiora entis non includuntur implicitè in conceptu entis; ergo enim ab illis perfectè præcandit. Probo aut: implicitè includi in conceptu entis est pertinere formalitèr ad essentiam entis, ut præcandit cogniti, sicut ad essentiam de finiti pertinent ea prædicata, per quae definiuntur; sed inferiora entis non ita pertinent ad essentiam entis, ut hic; ergo non includuntur implicitè in conceptu entis. Probo min: in definitione entis non clauditur defectus, ut habet S. Thom. quart. 2.<sup>a</sup> de veritate artic. 11; sed inferiora entis, ut materia, corpus, accidens, &c. ab dubio defectum, et imperfectionem important; ergo.

### Solvuntur argumenta.

S. I.<sup>o</sup>

23. *Obiaces* primo: prædicatum transcendens rerum omnium differentiarum requirit ab illis perfectè præcandit; in huiusmodi est per nos ens; ergo. Probo may: esse præcandit à differentis est formalitèr segregatum esse à differentis; esse autem transcendens est formalitèr imbibitum esse in ipis; sed hæc duæ contradictiones opponuntur; ergo. *Conflam.* primo: prædicatum, quod est de conceptu essentiali, et ad æquæ differentiarum, requirit ab illis perfectè præcandit; sed ens, cum omnes differentias transcendat, nec ulla sit, quæ non sit formalitèr ens, est de conceptu essentiali, et quiddam talis conceptu differentiarum; ergo enim requirit à differentis. tip



tyr objectivè præiudici. Prob. maj: prædicatum, quod est de conceptu essentiali, et adæquato differentiarum est essentia adæquata differentiarum; sed essentia adæquata differentiarum requirit ab illis perfecte præiudici; ergo.

24. Secundo: non præiudicatur à differentis, cum cognoscuntur formalitè sumpta; sed per conceptum em cognoscuntur differentia formalitè sumpta; ergo. Prob. min: cognoscuntur differentia formalitè sumpta, cum cognoscuntur essentia adæquata differentiarum, qua talium; sed per conceptum em cognoscuntur essentia adæquata differentiarum, qua talium; ergo. Prob. min: per conceptum em cognoscuntur em; sed em est adæquata essentia differentiarum, qua talium; ergo. Prob. min: Tota quidditas differentiarum, qua talium est em; alioquin non transiret ab ente; ergo. Tertio: em requirit præiudici à sua essentia; sed inferiora entis sunt de essentia entis; ergo. Prob. min: de essentia entis est omne illud, quod est formalitè em; sed inferiora entis sunt formalitè em; ergo.

25. Resp. negando min: ad prob. concessa maj: disting. min: hæc dua contradictoria opponuntur, si fiat per eundem conceptum em; si per diversos nego min. et coneg. Cum differentia in usu formalitè accipiatur sub conceptibus propriis, et distinctis, nihil prohibet quod in em, prout ita cognitè inclusum maneat em, immoque ab eodem abstrahatur per alium conceptum longè diversum, scilicet, per conceptum em; eodem modo, quo animal sub conceptu animal est formalitè segregatum ab homine, in quo tamen est formalitè includitum sub conceptu homo.



26. Ad primam confirm. nego maj. ad hujus prob. nego  
similiter maj. Non enim idem sonat, quod ratio entis sit de con-  
ceptu essentiali, et adaequato differentiarum, et quod sit adaequatus  
differentiarum essentiali. Ad primum namque sufficit, quod ra-  
tio entis pertinet ad differentiarum definitionem per modum  
conceptus superioris, et inconvertibilis. Ad secundum vero requi-  
ritur, quod sit explicatio totalis, et cum differentiis convertibilis  
sunt animal rationale cum homine. Licet autem sensus utrius, v. g.  
suum identificate ratioem entis, solvique ab ente differat per  
nec explicitum, tamen ens ex parte sua multitermum suum idem  
tificat per se totum, sed ab illa distinguitur, ut conceptus proprie-  
tatis praesens, et non includens formaliter ipsam.

27. Ad secundam nego ultimam conseq. Itaque ratio entis  
est, ut cognita conceptu ens est ratio communis, et superior om-  
nibus differentiis. Unde licet tota conveniat unilibet differentiis,  
adeo ut de omnibus verificetur, tamen differentia requiritur veri-  
ficari de ente; quia, licet ratio communis predicetur formaliter  
de inferioribus, non tamen est converso propter identitatem  
non mutua. Nec ens est adaequata essentia differentiarum;  
quia nulla definitur adaequate per ens sub modo conceptu entis,  
sed omnis definitur per ens, et aliud ab ente alietate non mutua.

28. Ad tertiam nego min. ad hujus prob. disting. maj. Quod  
est formaliter ens propter identitatem non mutua non  
mutua nego maj. Licet quidquid predicatur formaliter de ente  
sit de conceptu eius essentiali, non tamen omne illud, de quo ens  
formaliter predicatur. Sic, licet omne id, quod predicatur forma-  
liter de animali sit de conceptu eius essentiali, non tamen om-  
ne id, de quo animal formaliter predicatur, aliud enim homo, et equus  
sub propriis conceptibus essent de conceptu essentiali animalis, ut  
sic.

28. Obiectio secunda: contra prædicationem entis à Deo, et Creatura: implicat vera similitudo inter Deum, et Creaturam; ergo et prædictio prædicati utriusque communis. Resp. ant. primo: finiti ad infinitum nulla est proportio; ergo nec similitudo; sed Creatura est ens finitum, et Deus infinitum; ergo. Secundo: inter Deum, et Creaturam est infinita dissimilitudo; sed hæc omnem similitudinem excludit; ergo. Tertio: Deus non minus distat à Creatura, quam ens reale à ficto; sed inter ens reale, et fictum nulla est similitudo; ergo.

30. Resp. negando ant. ad primam præd. d.isting. mag: nulla est proportio sumpta pro similitudine nego. proportio quantitativa com. mag. min. et nego conieg. Finiti ad infinitum nulla est proportio quantitativa sumpta, scilicet, pro æquivalentia ex toto, vel ex parte, quæ finitum sit æquale infinito, vel dimidium eius, vel eadem æquivalenti quoad tertiam partem, aut sextam, &c. si tamen proportio sumatur pro similitudine, non est neganda inter Deum, et Creaturam; nam ut habet S. Thomas 1. p. q. 4. art. 3. in corpore, illa, quæ sunt à Deo, assimilantur Deo, in quantum sunt entia, ut primo, et universali principio totius esse.

31. Ad secundam præd. nego min. nam infinita dissimilitudo bene coheret cum similitudine aliqua, quando non præstat effectus formales oppositos, ut accidit in præsentia, nam dissimilitudo infinita solum præstat, ut Deus sit ens infinitè magis, et perfectius Creatura; similitudo autem præstat, ut utrumque extremum vere sit ens. Nulla autem est oppositio inæquod ex duobus vere aptis existere, unum sit infinitè magis, et perfectius altero. Ad tertiam d.isting. mag: non minus, nec altera nego: non minus sed aliter com. mag. min. et nego conieg. Licet Deus



non minus distat à Creatura, quam ens reale à ficto, distat  
tamen per distantiam utriusque positivam, cujus infinitudo lo-  
cum relinquunt, ut utriusque extremum verè sit ens, ac proinde  
fundat similitudinem utriusque. Ens verò reale distat à ficto,  
ut ens à non ente, seu per distantiam ex altera parte negativam,  
quae similitudinem intrinsecam positivam excludit.

32. Obiectivè tertio: Ens primum à Deo et Creatura ponit  
vera realitatem, quae nec esset creata, nec increata, nec finita, nec  
infinita; sed talis realitatis implicatio est; ergo. Confirm. primum:  
Deus secundum omnem suam formalitatem est singulari in se;  
sed talis non esset, si formalitatem, quae Deo convenit, posset abstrahi  
et communis fieri Creaturae; ergo. Secundo: Ens abstractum esset  
quid primum, simpliciter, et simpliciter Deus quod repugnat. Tertio: in  
Deo non datur compositio metaphisica; sed daretur, si posset à Deo  
abstrahi conceptus entis; ergo. Quod minus: si posset abstrahi concep-  
tus objectivus entis, hic esset potentialis, et determinabilis per  
conceptum differentialem; sed ex conceptu potentiali, et differentialem  
resultat compositio metaphisica; ergo. Resp. ad argumentum come-  
dendo regulam in sensu practico, et formali: sed enim non magis  
continet absurdum, quam, quod animal ut sic non sit rationale,  
nec irrationale, licet hoc omnino repugnet in sensu reali.

33. Ad primum confirm. disting. magis: secundum omnem  
suam formalitatem conceptam, ut propriam Dei concipi non concep-  
tam, ut propriam Dei nego magis, minus, et conseq. Ratio entis à  
Deo abstracta ex non composita, ut essentia divina, nec ut propria  
Dei; quae ratione potest reddi logicè communis alteri; licet non  
composita, ut substantia Angeli, ratio substantia abstracta ab  
Angelo, et rebus compositis, quibus per abstractionem fit logicè  
communis. Ad secundam: multatenus absurdum est, quod ens abstr-

tractum sit Deo p<sup>ri</sup>us p<sup>ri</sup>oritatem logicam, quam vocant in iudic<sup>io</sup> ter<sup>ti</sup>o consequentia, quatenus bene arguitur: est Deus; ergo et c<sup>on</sup>versum; non tamen e<sup>st</sup> conversum. Unde me ab iudic<sup>io</sup> um est, quod d<sup>icitur</sup> De<sup>o</sup> superius logica, id est, latius patens in predicando, quatenus de pluribus predicatur e<sup>ss</sup>e, quam Deus. Talis certe p<sup>ri</sup>oritatis, et superioritatis, non est propria Dei, cum tota consistat in imperfecto, et p<sup>ri</sup>oritate modo conspiciendi plura objecta similia.

34. Nihil item prohibet, aliquid p<sup>ri</sup>oritate sumptum esse Deo simpliciter simplicitate mente logica excludente distinctionem rationis in prima predicata: nam in p<sup>ri</sup>oritatem rig<sup>or</sup> non possunt distingui tota attributa, quot in Deo distinguimus. Nihil autem est Deo simpliciter in sensu reali, atque etiam in sensu formali excludente compositionem metaphisicam. Ad textum permissa majori nego min<sup>or</sup>, ad huius p<sup>ri</sup>oritate nego majori. Omnis compositio metaphisica imposita parte mutuo distinctas, quae l<sup>ite</sup>ra distinguuntur genere, et differentia: in Deo autem nulla est formalitas mutuo distincta, iuxta dicta p<sup>ri</sup>oritate. Unde conceptus entis non est potentialiter per modum partis ab alia composita determinabilis, quacum faciat compositionem metaphisicam. Est tamen potentialiter, hoc est, indifferens, ut determinetur per conceptus anteriores, in quibus formaliter includitur.

35. Ad extremum obvia, quod in d<sup>icitur</sup> significare p<sup>ri</sup>oritate dicamenta, non in sensu formali, sed potentialiter, quatenus significat rationem omnibus p<sup>ri</sup>oritate dicamentis communem, quo modo animal significat species suam. Secundo: em d<sup>icitur</sup> statim esse substantia, quantitas &c. quatenus, ut contra naturam ad p<sup>ri</sup>oritate dicamenta per modum differentie proprie talis, aliquid d<sup>icitur</sup> licet, quod non sit formaliter in i<sup>stis</sup> textis p<sup>ri</sup>oritate dicamenta dicuntur p<sup>ri</sup>oritate diversa, quia  
in nullo genere conce  
nuntio



Defenditur distinctio rationis non mutua.

18.

§. 8.<sup>o</sup>

36. Doctrinā, quae ad argumentorum solutionem in praecedentibus ubi sumus, nititur distinctione et praedictione, rationis non mutua, ut supra in praecedentibus, ac ratione distinguuntur a per seitate; Eodem intellige de reliquis; differentiis. Quum tamen per seitas non invicem distinguatur ratione, nec praedictatur ab ente. Doctrina haec nihil continet absurdi, ut nobis objiciunt adversarii, si recte intelligitur. distinctio rationis, si formalis, prout a nobis explicata est in logica.

37. Itaque distinctio rationis non est, nisi inter objecta ut cognita certis cognitionibus; imo in cogitationibus ipsis consistit non quibuslibet, sed talibus, ut altera non pertineat ad explicationem alterius, nec neutra sit adequata alterius explicationi, nec utraque sit communem explicationem habeat in quibus adequatam. Quod si cogitationes ponunt eo modo comparari, utcum erunt distinctio rationis mutua, denominabuntque objecta mutuo distincta formaliter. Tales sunt hi conceptus animal, rationale.

38. Si vero cognitiones, quarum neutra est adequata alterius explicationi, nec utraque communem habeat adequatam explicationem, ita comparentur, ut una pertineat ad explicationem alterius, non tamen e converso, erunt distinctio rationis non mutua, tuncque unum, ut tale, erit de conceptu essentiali alterius, recur vero e contra. Sic se habent haec cognitiones hominis, animal. Nam objectum requirit definitum iuxta meritum cognitionis homo, nisi dicatur esse animal; potest tamen definitum iuxta meritum cognitionis animal abique homine, vel alio conceptu proximo equivalente. Et idcirco inter hominem et animal datur distinctio rationis non mutua.

Quo

39. Quod huiusmodi distinctio non repugnet consistit primo, ex hoc ipso exemplo animalis, et hominis: homo enim formaliter est animal, nec tamen animal formaliter est homo: tum quia animal praesens dicitur, et distinguitur formaliter ab his, per quae contrahitur, ac per consequens ab homine: tum quia vere praesens dicitur à suis inferioribus, de quibus praedicatur, ut genus: talia autem inferiora sunt species, non enim de differentiis generis praedicatur in quibus. Consistit secundo: quia nulla contradictio sequitur ex eo, quod cognitio una, pendeat ab altera quoad sui explanationem, et non vice versa.

40. Sed contra distinctionem rationis non mutua: Obiicitur primo: paritatem distinctionis, <sup>realis</sup> quae negat non esse mutua. Resp. negando paritatem. Non enim in distinctione rationis, utpotè hinc praesens, referri debet quicquid convenit distinctioni reali: haec explicatur per negationem realis unitatis, quae eo terminis negat non esse mutua. At distinctio rationis explicatur per independentiam unius ab alio quoad explanationem: independentia autem eo terminis non debet esse mutua.

41. Obiicitur secundo: posita distinctione rationis non mutua, falleret regulae conversionis, dum praeceditur in unum formali; ergo non datur. Ant. patet: male quippe argueret in unum formali: omnis differentia est formaliter ens; ergo aliquod ens est formaliter differentia. Resp. negando anti: Nam regulae conversionis colligitur, ut praedicatum conversionis ponatur pro subiecto conversionis; quod si veretur, tenet utique illa argumentatio. Quia enim conversio reddat hunc sensum: omnis differentia, ut talis est definibile per ens, huc involvit in suo conceptu formali ens; ubi praedicatum est definibile per ens, huc involvitur in suo conceptu formali ens, quod si ponatur pro subiecto conversionis, hinc conversionem efficit omnino veram hinc; ergo aliquod definibile per ens, huc involvitur in suo conceptu formali ens, est positum differentia. R



42. Si tamen: ly aliquod ens idem sonet, ac aliquod cognitum sola expressione ens non valet conversio, quia praedictum valet non potest per suo subiecto consentitivo. Non enim prima propositio affert hunc sensum: omnis differentia est aliquod cognitum sola expressione ens, aliquam falsam fore; peritiam namque quatenus non est aliquod cognitum sola expressione ens. Exemplum habet in hac conversione: omnis homo est formaliter animal; ergo aliquod animal est formaliter homo, quae utique valet, si to aliquod animal idem sonet, ac aliquod involvens in suo conceptu essentialem animal, seu verò, si idem significet, ac aliquod cognitum sola expressione animal.

43. Hinc inferere hunc syllogismum non rectè concludere, licet videatur in Celarent formativus: nullum animal est formaliter rationale; omnis homo est formaliter animal; ergo nullus homo est formaliter rationalis. Habet enim haec tria quatuor terminos, quia subiectum maioris est nullum cognitum, per solam expressionem animal, et praedictum minorem est aliquod involvens in suo conceptu essentialem animal, quod procul dubio sunt duo termini, quia potest aliquod involvere in suo conceptu animal, ut ve esse definibile per animal, quum sit cognitum per solam expressionem animal.

44. Objicit textus: admissa transcendentia non mutua, falleret illud principium, quae sunt eadem unum textus sunt idem intentus: nam peritiam et aptitudo existendi formaliter identificantur unum ente formaliter uno, nec tamen aptitudo existendi formaliter est peritiam. Resp. quod illud principium quae sunt eadem unum textus sunt idem intentus loquitur de textis, quod sit unum realiter, nec potest aptari ad textum intentionalitè unum, cum certissimum sit, hominem, et Equum sub proprio con-

ceptibus non identificamur inter se, quamvis sub ipsidem utique sit animal, quod est unum intentionaliter.

45. *Obiiciet* quarto: si ens a perieritate distinguitur non mutuo, includeret perieritatem, utpote cum illa formaliter identificatum, simulque illam excluderet, utpote ab illa distinctum; sed nec repugnat; ergo. *Resp.* quod ens respectu perieritatis est inclusum, et excludens per diversos conceptus, inclusum per conceptum perieritatis, et excludens per conceptum ens. Hinc nego magis, quoad primam partem; quia licet perieritas includat ens, tamen ens non includit perieritatem, sicut homo includit animal, nec tamen animal includit hominem.

46. *Obiiciet* quinto: Identitas perieritatis cum ente, est adaequata; ergo est mutua. *Prob. coneg.* si Identitas perieritatis cum ente, est adaequata tota essentia perieritatis est tota essentia entis; sed si tota essentia perieritatis est tota essentia entis identitas perieritatis cum ente, est mutua; ergo. *Prob. min.* si tota essentia perieritatis est tota essentia entis ens non distinguitur a perieritate, cum non distinguitur a sua essentia; sed si ens non distinguitur a perieritate Identitas perieritatis cum ente, est mutua; ergo. *Resp.* Identitatem perieritatis cum ente esse adaequatam, sed non mutua; tota enim perieritas ita est tota essentia entis, ut tamen tota essentia entis non sit perieritas tota, nec actualiter pars perieritatis.

47. Unde Identitas formalis perieritatis est adaequata, perieritatis enim nulla; distinctio est consensus perieritatis nulla, perieritatis enim adaequata. Nec ideo requiritur, ens distingui ab essentia sua, dum a perieritate distinguitur; quia perieritas non est de essentia entis, licet ens sit de essentia perieritatis: sic totus homo sub conceptu homo, sub quo nullam habet formalitatem



litate[m] distinctionem formaliter identificatur cum ani-  
 mali; nam quo sensu, non habet partes, nequit identificari  
 nisi totus: et tamen animal ut sic non est formaliter totus  
 homo, nec illum includit, nec est actualiter pars hominis, cum  
 sit ab eo praecisum, nec praesens ab essentia sua, dum ab ho-  
 mine praesens dicitur.

48. Obijciat deo: per se identitatur  
 cum ente; sed aliunde ens identificatur cum per seitate; ex-  
 go identitatur per seitate cum ente et materia. Probi. min: hoc  
 syllogismo in Sceptis, ubi concluditur formaliter identitatur  
 ens cum per seitate: omnis substantia est formaliter per  
 seitate; omnis substantia est formaliter ens; ergo aliquid  
 ens est formaliter per seitate. Potest huic aptari doctrina  
 in solutione, ad secundum argumentum, sed expediat  
 respondeo, formam syllogismi non tenere, quia minores ex-  
 tremas non identificatur cum medio: quando autem  
 extrema non identificatur cum medio, licet hoc identi-  
 ficetur cum hoc, non concluditur hoc eorum identitatur in-  
 ter se; cum tunc non habeat locum illud principium, quae  
 sunt eadem unum tertio sunt idem inter se.

49. Hinc formaliter identitatur non minus tam non dis-  
 tribuit medium, quam realiter inadeguata: ideoque syllogi-  
 smus ille imbecillus est huic: omnis homo est inadeguate ani-  
 ma rationalis; omnis homo est inadeguate; ergo aliquid  
 ens est inadeguate anima rationalis. Quinimo objec-  
 tio solvenda est ab omnibus, nam eadem forma patet con-  
 tra sententiam omnium probari formaliter identitatur ani-  
 mali cum rationali sic nimirum: omnis homo est for-  
 maliter rationalis; sed omnis homo est formaliter animalis;  
 ergo aliquid animalis est formaliter rationale. De

## De univocatione, et analogia entis.

S. J. V.

50. **C**onstruere que toto capite dictu coligeu p̄mo: xationem entis, si expectetur p̄ḡse, et significata per nomen ens univocam esse Deo, et Creatura, nec non substantia, et accidenti; cum sit ratio communis omnino eadem identitate, vel unitate rationis perfecti p̄s̄va à pluralitate, et diversitate inferiorum. Et licet Deus, et Creatura differant in ratione entis, differant tamen p̄mo modo illam participant, Deus nempe infinito, perfectissimoque modo, essentialiter, necessario, et independentem ab alio; creatura vero finito hactenus modo, contingenter, ac dependentem à libera Dei voluntate; non differunt in illa, ut ab abstracta, et imbibita in conceptibus particularibus a unitate, ab abstracta, ut adesse, ut diversum illud, ac infinitum intervalum, quod Deus à creatura ipsius distinguitur, non ab ipsa idea generali entis creatura, sed ab alio, ac infinito perfectionibus, quae in Deo asseruntur, non autem in Creatura.

51. **N**ec divinus ille participandi entis rationem modus significatur per nomen ens, nam quaedam nomina significant ipsam perfectionem absolute absque hoc, quod aliquis modus participandi claudatur in eorum significatione, ut ens bonum, ut habet D. Thom. 1. p. q. 13. art. 3. ad 1. Patet, licet nomen ens conveniat Deo simpliciter, creaturae vero secundum quid, non ides analogum dicendum est, quia tamen nomen ita inferioribus conveniens est analogum, quando by secundum quid alterat nomen ad sensum proprium, ut accidit in nomine totum respectu medicamentum, non tamen, quando illud additum solum minuit perfectio



tionem unius, comparatione alterius, et aliquam relinquunt  
 proprietatem nominis communis, ut accidit in presenti.

51. Nec ideo ens generis dici potest, quia generis exigat diferen-  
 tiam mutuo distinctam: definitur enim per ordinem ad infe-  
 riora specie differentia, quae videlicet talia sunt respectu pra-  
 dicati communis. At vero ens includitur formaliter in om-  
 ni differentia ratione transcendente: unde non habet inferio-  
 ra, quae proprie sunt species, seu, quae resolvantur in duas con-  
 ceptus mutuo distinctos, alterum commune differentiale al-  
 terum. Licet ergo ens sit univocum, ac proxime univocale non  
 est proprie generis, nec aliud ex praedicabilibus propriis, quia  
 Porphyrius non est locutus de transcendentibus. Coliges  
 secundo: univocationem entis, esse pure logicam, non philosophicam,  
 aut metaphisicam, nam ea solum dicuntur univocari philosophice,  
 quae sunt eisdem speciei atomae: univocatio vero metaphisica  
 sumitur pro convenientia generica: unde, quae in nullo genere  
 conveniunt, nulatenus univocationem philosophicam, aut metaphi-  
 sicam habere possunt.

52. Coliges tertio: rationem entis, si respectu  
 tui modus esse in inferioribus, analogam esse, quia ratio entis  
 valde diversa modo est in Deo, ac in Creatura, nam in Deo  
 est independentem, limitatam, plenam, tamquam in primo  
 fonte totius existitativae, non ita vero in Creatura: limitatam in  
 substantia habet esse pro se, et propter se, primum, ac principium,  
 quam in accidenti. Expectata igitur, quoad modum esse, et  
 procul dubio diversa. Quare cum aliunde sit aliquatenus  
 eadem, tum ex convenientia, et similitudine reali, tum ex univoca-  
 tate intentionali concepta objective communis, partim est partim  
 eadem, partim diversa, ac proxime analogae.

54. *Com* hinc colligitur quarto: ens commune sine speciali  
 reduplicatiōne sumetum esse univocum, analogum, sed tamen,  
 ut sit analogum simpliciter, et univocum secundum quid.  
 Quomodo enim, si respectu sui proprie, quatenus significatum  
 per nomen commune sit proprie univocum, tamen, quia univo-  
 catio ista est parte logica, quae veluti obviatur, et abrovetur ad  
 prevalente analogia in eundo, idcirco reduplicatiōne seclis-  
 sa dici debet univocum non addito secundum quid.

## Caput II

### De proprietatibus entis.

55. Cum communis idea entis indifferens adeo, ac univo-  
 cali sit, fines omnes eadem ad singula entium genera de-  
 fundatur, singula quoque proprietates illae, siue attributa,  
 quae enti conveniunt, ac omnes transcendere existimantur, idcirco  
 quae transcendentales vocantur, ut à categoriis illis attri-  
 butis distinguantur, quae secularibus solum entis genera-  
 bus inesse debent. Quos modi vero transcendentales entis pro-  
 prietates, tres à philosophis distinguuntur, veritas nempe, ve-  
 ritas, aut bonitas, de quarum singulis dicemus.

### De veritate. §. I.

56. Veritas entis nihil aliud est, quam coequentia divisionis,  
 et definitivae: Individuum enim in se, et distinctum ab omni alia re. Hinc  
 non alia de causa ens aliquod unum vocatur, nisi, quod illud ind-  
 ividuum, atque à ceteris distinctum sit, quomodo veritas ip-  
 sa negativè solum exprimitur, positiva tamen quadam obfec-  
 tio



tio est, qua ens ipsum ab entibus alijs distinctum efficitur, quomodo scilicet, per se ipsa alia affectione, ut immortalitas, immunitas, que, quamvis negative exprimitur, positive tamen sunt in se ipsis.

57. Cum autem unitas sit carentia divisionis, totidem unitatis genere distingui poterunt, quot sunt distinctiois. Distinctio vero, qua duobus entibus inter se comparatis in se so potest, alia generica, alia specifica, alia ~~generica~~ numerica vocatur, sicut de unitate in logica observavimus. Distinctio generica dicitur illa, qua datur in unitibus, qua in se diuincto genere continentur, ut inter hominem, et lapidem. Specifica dicitur illa, qua in unitibus, que sub eodem genere collocantur, sed ad diuersas species dixerit debent, ut inter hominem, et leonem. Numerica dicitur illa, qua reperitur inter individua eisdem generis, ut inter Socratem, et Platonem.

58. Quomodo distinctiois generibus, illa, qua generica, vel specifica fuerit, cuius unitas ab essentia ipsa, numerica vero, vel individualis distinctio, sicut et numerica unitas ab acitate exoritur. Observandum tamen est, triplex esse individuationis principij genus. Primum individuationis principij est effectivum, sic causa effectus rem efficit, ingularem. Secundum est manifestativum, quo quidem modo in rebus corporalibus est materia quantita, et figurata pro qualitate, et licet tantum, quas exprimentur verus illi.

Forma, figura, locus, tempus cum nomine sanguis,

Patia sunt septem, que non habet unus, et alter,

sive que ita huius entis sunt propria, et omnes una conjuncta alteri subjecto non consentiant.

ten

59. Tertium individuationis principium est formale, et intrinsecum, quod est essentia univocajugue realiter identificata cum ipso, et sola ratione distincta à natura specifica. Fundamentum verò reale, et intrinsecum, ex quo ab intellectu univocum essentia est tota rei essentia. Unde, si quæras, cur anima sit potius nec, quæsalultima quidem pars? non ut alia ratio intrinseca, nisi quia cum identificat suam unitatem, et non aliam: ratio verò utriusve esset voluntas, et potentia dei, que potuit hanc animam producere.

60. Cetera, que ad unitatem, et distinctivum spectant in logica dedimus. Observari nihilominus debet, quod ens aliquod intendum unum vocatur, quod omnino simplex, et in se positum sit, adeoque unitas illa ex simplicitate, veluti forte pendere debet. Aliquando verò unitas illa ex partium unione, sive compositione resultat. Quomodi verò unum compositum variis ex partibus una compositivè formatum dicitur, unum per se, si partes illa, quibus ens compositivè, subapte natura compositivè sunt, utem, ipsum compositivum, quod si partes illa non ita subapte natura existentia unum per accidens appellatur.

## De veritate entis.

### S. 2.

61. Altera proprietas entis est veritas, que est conformitas entis cum idea divina. Cum enim essentia ipsa in se, vel archetypo, ipso, id est, et imaginibus expressa continentur, ipsæ sique perfectissime respondeat, vera esse debet: nec alia de causa rei vera dicitur, nisi, quod archetypa idea, vel imaginem respondeat, que in divina mente, veluti speculis continetur. Quomodo  
dicitur



dum archetypa <sup>id est</sup> in mente: imago uariarum non potest  
 itaqueque metaphisica transcendentalis, et objectiva ueritas  
 alterari, siue mutari non poterit, ut ens ipsum aliquando uer-  
 xum, aliquando falsum dicatur. Quoniam uero hoc ipso quod  
 libet ens ueram sui cognitionem nactum est in genere cogi-  
 tabile dicitur.

### De Bonitate entis. §. 3.

62. Tertia entis proprietatis est bonitas, que in quadam  
 integritate, et perfectione consistit: quod idem omne ens, et hoc,  
 quod perfectissime respondeat suo exemplari, omnem perfectio-  
 nem, et integritatem inuincibilem ubi propriam continet. Ita-  
 que omne ens ab ipso Deo, ueluti a primo fonte totius entitas  
 25 tis profluit: quamam omnia per ipsum facta sunt, et in re  
 25 ipso factum est nihil: ipse que repugnet ab ipso re producere  
 de perfectione in operando deficere, dubitari uentem non poterit,  
 quin creata res, quocumque illa fuerint, in se ipsum cone sunt,  
 a Deoque presentur, ut optime proinde de ipso Deo dicitur  
 25 sap. cap. 11 diligere omnia, que sunt, et nihil odisti eorum, que  
 25 fecisti. Unde appetibilitas a bonitate profluit.

63. Cum uero peccatum non sit ens, sed entis privatio  
 sit, ipsumque non a potentia quadam, sed ab impotentia oria-  
 tur, ab illa nimirum causa que a fine, siue a natura propor-  
 to abhorret, et effectum ipsum debita perfectione, ordine, et ho-  
 nestate producat, nec bonum est, nec a Deo diligere, nec probare  
 re, nec producere unquam poterit, licet actus ipse, qui a nobis

essentiam, repositis legibus, et in se concipiatur, imperpetuum  
aliquid, adeoque bonum esse debet: unde non ab homine solum,  
sed à Deo quoque, à prima, maximaeque omnium entium causa  
va producietur. <sup>2</sup> Inter bonitatem transcendentem est alia  
bonitas, quae moralis vocatur, consistitque in conformitate  
objecti voliti, vel amati cum regulis morum, sed huius consi-  
deratio ad ethicam spectat.

### Caput III

#### De essentia, possibilitate, futu- ritate, et existentia entium.

64. Proprietates illae, vel attributa entium, quae superius  
capite sunt explicata, ita universali ter entium conveniunt, ut  
in sola entium genera comprehendant. Si vero cuiusquam in  
varijs statibus, quibus subesse potest, concipiatur, non quae  
affectus sui, vel attributa ipsi entium advenire concipiuntur,  
quae, ut exponamus, sit.

#### De essentia.

SY.

65. Essentia nihil aliud est, quam id, quod primo con-  
cipitur in aliqua re, quod illam intrinsicè constituit, et ad  
ceteras omnibus distinguit, adeoque in illa veluti primus, ali-  
sumque omnium attributorum fons, et origo concipitur. Sic  
dum concipitur homo, primo concipitur animal rationale,  
quod hominem intrinsicè constituit, idumque ab omni alio  
distinguit, et ceteras proprietates radicat. Itaque essentia  
est, cum alijs, siue attributis illis consistat, quae essentialia,  
et



et intensionem dicuntur. Quomodo vero attinentia ita di-  
tinguntur, ut aliud quidem genus, aliud vero differentia  
dicatur; Cum essentia qualibet duabus, veluti partibus com-  
ponatur, quod futurum in logica ostendimus.

66. Exinde vero facile colligi potest contra Cante-  
dum verum essentiam, ita certam, ac invariabilem esse, ut nec  
ab infinita Dei potentia variari possit. Cum enim essentia  
nomine nihil aliud intelligatur, quam principium illud, aut  
illa perfectio, quae rem intensionem constituit, impossibile est  
certam principium formam variari, quae in ipsa quoque re  
constituta varietur. Et certe cum verum essentiae archetypum  
pro illius, idem, vel imaginibus respondere debeant, quae Deo  
vel ab eterno in mente habet, ita invariabiles esse debent,  
sicut imagines illae variari, siue alterari non possunt. Illud  
etiam intelligi potest, quod essentia ipsa omnibus rebus con-  
servat, adeo ut veluti praedicatum transiendum habere me-  
rito debet. Indignum existere, vel esse potest in una essentia  
praeditum est. Nec alia de causa possibile conietur, nisi quia  
in una essentia rite precepta nulla repugnantia reperian-  
tur. Essentia autem ipsa variis statibus variari potest, ut  
aliquando possibilis, aliquando futura, aliquando demum  
que existens sit.

De possibilitate, et impossibilitate entis.

§. 2.

67. Possibile vocatur illud ens, in quo nulla contra-  
dictio, vel intensionem repugnantia continetur, ut esse possit.

stat è convexo impossibile dicitur illud, in quo attribu-  
tum unum alteri repugnat, ipi, unque determinat, ut triangu-  
lum quinq̄ue lateribus formatum, infinitum, terminu-  
m usum, scriptum. Sed notandum, quod non idem sonat, nem-  
pe esse possibilem, ac esse punctu possibilem: siquidem nem esse pos-  
sibilem, denotat esse in statu possibilitatis, qui status exien-  
tiam existentia involvit, nem vero esse possibilem prædicere, se  
notat, nem posse contineri, seu contradictionem excludere, et  
non removendo existentiam, sed ab ea præcludendo.

68. Hoc sensu possibile dicitur involvit, saltem ex modo sig-  
nificandi. alterum est subjectum, quod nihil dicitur denominatio-  
nem possibilem, alterum est possibile <sup>in abstracto</sup>, id est, for-  
ma, vel quædam forma tribuens denominationem possibilem.  
Sed hæc possibilitas duplex adhuc esse potest, altera intrinsicæ,  
ca, et metaphisica, que consistit in non repugnantia prædic-  
torum ad invicem, altera vero extrinseca phisica, et subjec-  
tiva, que in divina essentia, ut imitabili consistit. Cum  
enim essentia divina, utpotè infinitis perfectionibus prædi-  
catur, et participabilis secundum suas perfectiones, eo ipso des-  
cendunt ad participabilis possibilem corpus essentia, que  
creature possibile dicuntur; adeo ut verum sit Deus, crea-  
tura per suam omnipotentiam posse producere, quia essen-  
tia sua ab illis est participabilis.

69. Si vero est ipsum ad potentiam, aut causam, et  
que prædicatur, referatur, tum dicitur possibile extrinsece,  
seu denominative, hoc est, denominatione desumpta à po-  
tentia illius productiva, que possibilitatem realis, atque  
illativa dicitur. Itaque quicquid intrinsicè, subjectivè,  
et



et metaphisice possibile sit, est in se quogue possibile ~~non~~  
 censendum erit, vultem relate ad infinitam Dei potentiam,  
 que, cum nullis omnino terminis circumscripta, illud om-  
 ne efficere profecto potest, in quo metaphisica, vel intrinseca  
 repugnantia non reperitur.

To. Sed pro usu nominum observandum est, quod com-  
 muni usu loquendi est his, que metaphisice possible sunt, et  
 ve, in quibus nulla contradictio invenitur, alia dicuntur  
 physice impossibile, ea, nimirum, que create nature vir-  
 bus advenirent, adeo ut nulla create causa ipsas producerem  
 dis idonea reperiretur. Quod si create causa reperiretur, que  
 ea producere possit, tum physice possible dicuntur: ne mon-  
 tur vitam restituere impossibile physice eretur. Aliquam-  
 do tamen effectus aliquis, quamvis intrinsece possible sit,  
 nec create nature viribus advenirent, impossibile, sive re-  
 pugnantia vocatur, quod nimirum admodum raro diffi-  
 cile, ac vix contingat, que impossibilitas moralis vocatur: ita mora-  
 liter impossibile amittitur, ut homo sane mentis se ipsum inter-  
 imat.

74. Altera etiam distinctio in ipsis impossibilitatibus ad-  
 mitti solet, ut alia absoluta, alia conditionalia dicantur. Ab-  
 solute impossibile dicitur illud, quod attempta eque essentia  
 existere, sive produci non potest. Impossibile conditionatum  
 illud dicitur, quod, quamvis absolute possibile sit, tamen ex ali-  
 qua hypotesi, si conditione additur impossibile: sic impossi-  
 bile dicitur, hominem, qui in charitate Dei vitam psumat,  
 damnari, quamvis absolute impossibile non sit, hominem dam-  
 nari. Eadem quoque varietas in ipsis possiblebus admittenda  
 censetur.

De futuritate entis  
§. 3.<sup>o</sup>

72. Quia ex infinitis illis entibus possibilibus, quae  
nimirum à Deo procedere possunt, aliqua sunt, quae contin-  
genter ab illo sunt producenda, non possiblea tantum, sed fu-  
tura dicuntur. Unde conipi debet in rebus futuris aliquid  
aliud, sive aliqua perfectio, quae à rebus mere possibilibus  
distinguitur; quod aliud esse requirit, quam determinatio cau-  
sa ad illius productionem; adeo ut futurum recte defini-  
tur, quod est determinatum in causa, ut existat pro aliqua in-  
tentione sequenti.

73. Hinc futurum, sicut de possibile jam diximus, duo  
involvit: alterum est subiectum, quod recipit denominationem  
futuram, alterum est futuritas ipsa in abstracto, sive forma, quae  
denominatur futurum. Futura ista distinguuntur, ut alia  
simpliciter, et absolute; alia ~~poteticè~~ poteticè, et conditionaliter fu-  
tura sunt. Absolute futurum dicitur illud, quod absolute est  
determinatum, ut sit, sicut universale iudicium, quo Chri-  
stus Dominus in mundo suo adventu est iudicaturus.

74. Huiusmodi autem futurum duplex esse  
potest, ut aliud infalibile dicitur, illud, nempe, cuius eventus  
impediri nequit, ut quicquid ex efficaci divina voluntate de-  
terminatione futurum est; aliud vero fallibile censatur, ut  
is, <sup>si hoc est,</sup> cuius existentia impediri potest ab aliquo intrinseco, sicut  
ta, quod ex determinatione causae create futurum est. Futur-  
na vero conditionata vocantur illa, quae aliquando flexerint,  
sive ~~producentur~~ <sup>si</sup> quaedam conditio verificaretur, ut  
quam



33 quando Christus Judaeos increpavit, ait. Si in Tiro, et Si-  
 34 done facta essent virtutes, quae facta sunt in vobis, in aëre,  
 35 et aëre penitentiam egissent.

## De Existentiâ entis. S. 4.<sup>o</sup>

75. Quemadmodum in rebus futuris aliqua perfec-  
 tio admittenda videtur, quae ab entibus mere possibilibus dis-  
 tinguantur, ita similiter in rebus, jam à Deo libere productis  
 aliquid aliud conari debet, quae ab entibus, tum possibilibus,  
 tum producendis discernantur. Atque haec nova perfectio dicitur  
 tua existentiâ, quae est actualitas, per quam essentia ipsa est ac-  
 tua esse, et actu aliquid in se ipsum naturam, seu per quam verifi-  
 catur propositio: essentia est, unde idem sonat esse reū, ac existens-  
 36 tia, quae à Philosophis definitur: ~~positio~~ reū extra se habere, et  
 37 extra omnes suas causas. Existentiâ reū precedit essentia,  
 non quidem actualis, sed possibilis tantum, quae praeter potentia  
 causae non importat positivum aliquid praesens: Nam ut ait  
 38 D. Thomas, quidditas antiquam esse habet, nihil est, nisi po-  
 39 tē in intellectu exsistenti, ubi non est creatura, sed ipsa creatura  
 40 essentia. Ad hujus pleniorē intelligentiam vlt.

## Questio I

Utrum creaturae possibiles habeant  
 aliquid esse actuale positivum  
 antequam à Deo producan-  
 tur

76. Fuissent aliqui Thomista veteres, quibus esse  
 Neotensium adhaerent illi... Godoi, et Palamo, in contēde-  
 bant, creaturas ab aeterno, habere esse quidditativum, neces-  
 va.

socium, et indefectibile, quod sit actuale non actualitate  
 te existentia, sed existentia, sitque producat ab eterno non actuali-  
 le actualiter distinctum à Deo, et distinctum à nihilo essen-  
 tia, contra quod sit.

## Nostra assertio.

### §. 6.<sup>o</sup>

77. Creatura possibilis antiquam à Deo producantur  
 nullum esse actuale quidditativum habent, sed sunt actu nihil.  
 Prob. Illud esse actuale quidditativum, et æternum, vel sit à  
 Deo factum, vel non? Non secundum; quia ex doctrina Sanctis-  
 simi Patrum quicquid à Deo factum non est, vel Deus est, vel  
 nihil est. Deinde nec potest esse à Deo factum: Primo; quia  
 fide certum est, Deum nec ab æterno, sed in tempore capere  
 operari à deo. Secundo; quia jam essentia creatura fuit  
 vel ab æterno existens: cum omni effectus terminetur ad exitum  
 tertiam.

78. Preceit, quod aliquum Deus non fecisset Mundum  
 ex nihilo, sed ex aliquo, nimirum ex actuali rerum essentia,  
 que tota æternitate preceit ipsam rerum creationem: nec  
 posset Deus rem ullam redigere in primum, nimirum, cum rem  
 per eam supponere debeat aliquod esse actuale, et à Deo insistenti-  
 bile. Posset etiam Creatura gloriosa, quæ habeat aliquid  
 à libera Dei voluntate non pendens, et ad illud Apostoli 1. ad  
 Corinthios cap. 4. quid habes, quod non accepisti? Potest quæ-  
 que respondere totam utique habere essentiam meam, que in-  
 dependenter à creatione, et voluntate Dei ab æterno est esse  
 actuale, adeoque actu verum, bonum.

Sol.



79. *Objicies primo:* Deus ab eterno cognoscit creaturas possibili; ergo creaturae possibilee sunt aliquid actu ab eterno. *Disting. conseq. sunt aliquid actu objective in mente divina conc. realiter in se ipsis nego conseq.* Sunt enim quid reale in mente divina, si ve realiter actu cognita: illis vero esse cognitum nihil est aliud, quam denominatio extrinseca, qua nihil positivum confert rei cognita. *Dices:* ergo divina cognitio nihil habet pro objecto, cum possiblea cognoscit. *Disting. conseq. nihil tam actu, quam potentia nego: nihil actu aliquid tamen in potentia conc. conseq.*

80. *Rep:* cognoscibile actu est aliquid actu; sed creaturae possiblee actu sunt cognoscibiles: cum Deus illas ab eterno cognoscit: ergo sunt aliquid actu ab eterno. *Disting. mag:* cognoscibile actu intrinsece est aliquid actu conc. extrinsece tantum nego mag. et sic distincta minori nego conseq. Creaturae possiblee non aliam cognoscibilitatem, et veritatem habent actualem, quam formalem et extrinsecam, qua cognoscibiles ab intellectu, illa potente cognoscere denominantur.

81. *Dices:* cognoscibilitas extrinseca supponit intrinsecam, sicut possibilitas extrinseca intrinsecam possibilitatem supponit: ergo si creaturae possiblee actu ab eterno habent cognoscibilitatem extrinsecam, intrinseca etiam cognoscibilitate gaudent. *Disting. ant:* supponit intrinsecam, vel actu, vel in potentia conc. actu proprie nego ant et conseq. Item in

loguitur S. Thomas 1. p. q. 14. art. 1. ad 1. scilicet quod  
 sunt in potentia, sic habent veritatem ea, quae non sunt actu:  
 verum est enim ea esse in potentia, et sic dicuntur in Dec.

82. Obiectum secundum: homo est aliquid actu ab aeterno;  
 ergo. Probat. ant: homo ab aeterno est actu animal rationale;  
 ergo. Probat. ant: haec propositio: homo est animal rationale:  
 est ab aeterno vera; sed requirit esse vera, quoniam homo ab aeterno  
 est actu animal rationale; ergo. Nego minorem ultimam  
 sylogismi; quia propositio illa solum significat connexionem  
 et habitudinem terminorum ad invicem, additque sensum  
 in potentiam, hunc, scilicet: si homo existat, vel quandocumque  
 existat erit animal rationale, in quo sensu vera est  
 ab aeterno: licet homo non sit actu ab aeterno animal rati-  
 onale, sicut nec homo: Nam veritas propositionis stat in  
 conformitate actus cum objecto, ad quam conformitatem non  
 requiritur, quod utrumque aeternum sit in actu, ut loquitur  
 S. Thomas q. 1. de verit. art. 5. sed respicit objectum  
 non quod jam sit, sed quod ex hypothese erit, sicut enunciatur:  
 ab eo enim, quod res est, fuit, erit, aut erit iuxta indolem  
 enuntiationis propositio dicitur vera, vel falsa.

83. Itaque propositiones illae, quae vocantur aeternae verit-  
 tates, quae scilicet enunciant essentialia rerum, huiusmodi  
 est, quam objectis allegat, licet non absolute, sed in condi-  
 tionales sunt, quia solum denotant essentialem connexionem  
 et habitudinem terminorum, siue necessariam, et  
 essentialem identitatem inter subiectum, et praedicatum  
 pro tempore existentiae subiecti. Et quia hoc sensu verae  
 sunt quaecumque in tempore profertur: idcirco verbum  
 est



est in eis dictura ampliam<sup>us</sup> ad omnia tempora, vel absolute ad  
tempora, sed est non aliquo tempore determinata.

84. Resp: ergo etiam haec propositio: homo est est aeterna  
veritativ; quia verbum est ab aeterno, quod, si homo existat, et.  
Nego regulam, quia verbum est in propositione de secundo adjucenti  
te, iuxta communem usum accipitur absolute, nisi per statum:  
contra verū, dum additur praedicatum essentielle commune, unq;  
et sensus accipit verbum est per alienationem, et ampliationem  
ad tempus, quod erit sub potentia existentie subiecti.

85. Obijci textus: possibilitas est aliquid actus; sed homo ab  
aeterno est possibilis; ergo. Concessio majori distinguitur: est possibilis  
homo, possibilitate extrinseca, scilicet, possibilitate intrinseca subditum  
quod; per statum nego: distincte, seu per alienationem communem, et  
distinguitur concessio: intra Deum concessio: extra Deum, sive in se ipso nego  
concessio. Homo ita est possibilis, ut in se ipso aliquid modo esse produci  
tionem possit aliquid fieri, et esse, non verū, quod in se ipso habeat  
possibilitatem intrinsecam ab aeterno, cum in se ipso nihil sit.

86. Dicitur nihilominus possibilis ab aeterno etiam, tum re-  
lativè ad possibilitatem intrinsecam; tum etiam relativè ad extrinse-  
cam; quia verbum est cum praedicato possibilis reddat sensum in-  
potetivum iuxta proprietatem locutionis communem usum deter-  
minatam: idem namque sonat, res esse possibile, loquendo de  
possibilitate intrinseca, ac res quando cumque existant excludere  
contradictionem.

87. Resp: homo ab aeterno non solum est possibilis conditiona-  
te, sed etiam absolute: non enim tantum esset possibilis, sed est  
possibilis; ergo absolute, et per statum datum ab aeterno possibilitas  
hominis: Concedo totum loquendo de possibilitate extrinseca, si  
venisset sermo de possibilitate intrinseca distinguitur: non solum

est

sunt possibile conditionate conditione per se prohibita in terminis  
 possibile y nego: conditione alia, aut terminis extraneis con. ant. Et  
 etiam, quod talis homo est absolute possibilis, si y est etiam remo-  
 veat tantum conditiones extraneas. Similiter concedo, quod homo sit  
 le juxta communem loquendi modum non solum existit, sed est pos-  
 sibilis: quia verbum est, vel refertur ad possibilitatem extrane-  
 ream, vel non accipitur per statum, sed nego conieco

88. Dices: ergo absolute et per statum homo non est possibilis  
 hi; ergo absolute et per statum est impossibile. Nego conieco. Re-  
 aut enim homo, dum non existit, nec est absolute existens, nec  
 mortali, quin ides absolute, et per statum, sit immortali, aut  
 immortalis, ita nec est absolute, et per statum possibilis, nec impos-  
 sibilis. Ratio est, quia ad verum affirmandum predicatum alio  
 quod absolute, ac de presenti negantur constantia subjecti,  
 non autem ad verum negandum.

89. Insuper: possibile, et impossibile contradictione oppo-  
 nuntur; ergo que sicut homo ab aeterno non est possibilis, est  
 impossibile. Distinguitur: contradictione opponuntur inde-  
 pendentem a oppositione constantia subjecti nego: per casum exi-  
 tentia subjecti permittit ante, et nego conieco. Non enim possibi-  
 litas, et impossibilitas instantur contradictione opponen-  
 tur independentem a conditione, tanquam res, et privatio negat-  
 tis qui, sed solum constantia, cum possint verbo simul defic-  
 cere.

90. Possibilitas itaque est positiva exclusio contradic-  
 tionis; impossibilitas vero est contradictionis cum simili-  
 tudine, qua duo simul deficiunt deficiente homine. Dilectio-  
 tua nihilominus contradictione opponi per casum exi-  
 stentia, quia per casum isto nequeunt simul adesse, nec simul  
 abesse: Insuper: ergo deficiente homine requirit de ipso appa-  
 reat



210.

~~maad~~ ~~positiva~~ ~~exclusiva~~ ~~contradictoria~~; ergo nec ~~positiva~~  
tate. Disting. conseq. nequit affirmari absolute, et per statum  
con: conditionate nego primam, et secundam consequentiam.

11. Obiicitur quarto: nihil nequit fieri esse actuale; sed mea-  
tura possibile potest fieri esse actuale; ergo ex natura possibili-  
tatis non est nihil. Confirma. summo: essentia possibile transit ab  
statu possibilitatis in statum existentia; sed quod nihil est ne-  
quit transire ab uno, in alium statum; ergo. Secundo: eadem essen-  
tia, que modo existit, erat possibile; sed que modo existit est  
aliquid actu; ergo. Resp. distinguendo may: nihil tam actu quam  
potentia con: nihil actu, aliquid tamen in potentia nego may,  
con. min. et nego conseq.

12. Licet, quod nihil est, tam actu, quam potentia, sive, ut alij  
loquuntur, quod est nihil essentialiter, non possit fieri aliquid, ta-  
men, quod est accidentalia nihil, potest fieri aliquid. Nec  
tamen potest, nihilitatem fieri aliquid, sed excludi per ali-  
quid, ad eam essentia, postquam nihil fuerat, fiat aliquid,  
sive, postquam non fuerat essentia, fiat essentia.

13. Ad primam confirm. disting. may: transit per se nego:  
logice con. may. et sic distincta mixta nego conseq. Ad secun-  
dam con. may. min. et nego conseq. Itaque essentia transitus de  
statu possibilitatis ad statum existentia non est primus nec  
quiescens commune subjectum, quod in se sit idem sub utroque  
statu; sed est transitus mere logicus in eo consistens, quod essen-  
tia, quam potest deus producere respicit successive duas pro-  
positiones contradictorias: essentia non est essentia est, qui trans-  
itus non requirit subjectum in se idem, pro utroque tempore,  
sed potius importat antea nihil subjecti, postea subjectum.

24. Vere nihil omnino dicimus, quod eadem essentia  
 creature, que modo existit, erat antea possibilis; quia in-  
 teligitur iuxta indolem terminum possibilis, quo alienatus  
 verbum erat, vel nomen eadem: non enim illa propositio  
 denotat identitatem intrinsecam antea preventum, sed  
 distantiam, quod essentia creature, si existeret, esset eadem,  
 que modo est, cum existit.

25. Ex dictis colligitur primo: essentia, et possibilitas crea-  
 turarum, ab eterno distinguuntur à Deo, non tamquam  
 ens ab ente, sed tamquam id, quod non est, ab eo, quod est, dis-  
 tinctione scilicet negativa ex parte creaturarum. Secundo:  
 ab eterno possibilitas, aut essentia Petri non fuit actu exes-  
 sive positive diversa à possibilitate, vel essentia Leonis, fuit  
 tamen distincta negative, id est, non identificata.

26. Imo nec possibilitas Petri ab eterno, distincta fuit  
 actualiter positive à quivocia, sed negative tantum, quia  
 tenax non fuit quivocia. Si hinc inferas: ergo Petrus ab  
 eterno non fuit potius possibilis, quam impossibilis; ne-  
 go conseq; quia verbum fuit reflexum potest ad possibilita-  
 tem extrinsecam; tum etiam, quia, licet reflexus ad in-  
 trinsecam reddat sensum hypotheticum. Si tamen verbum  
 fuit acceptum exsistentie, et per statum cone conseq; nam  
 hoc enim, nec Petrus ab eterno fuit potius rationalis,  
 quam irrationalis.

## Questio II

Utrum existentia realiter dis-  
 tinguitur ab essentia in  
 ente creato.



42.

97. Dubium non est, quin in essentia, ut existens dis-  
tinguatur à se ipsa, ut p<sup>ri</sup>ncipali, tamquam à non ente.  
Secundo igitur est de essentia actuali, et extra causam po-  
sita: an scilicet essentia, quæ existit, et denominatur exis-  
tens, ut quod distinguatur realitèr ab <sup>esse</sup> essentia, qua se  
denominatur? Essentiam entis creati distinguunt realitèr  
ab ejus existentia dependunt vniuersi Thomiste. Partem  
verò negativam amplectuntur Scotista, omnes, et fere om-  
nes Jesuita. Pars ista negans vera nobis videtur, ut igitur:

### Nostra assertio

S. J.

98. Essentia creatura actualis per se ipsam forma-  
liter existit, proindeque nulla reali distinctione ab exis-  
tentia distinguatur. Probat<sup>ur</sup> essentia per se ipsam formalitèr existit,  
per quod est actu ens, et actu aliquid: idem namque sonatens  
actu, et existens; sed per se ipsam, non per aliud à se distinctum et  
actu ens, et aliquid; ergo per se ipsam, non per existentiam à se  
distinctam formalitèr existit. Probo min<sup>us</sup> essentia, quæ existit,  
per se est actu ens, et actu aliquid, per quod discernitur à p<sup>ri</sup>ncipali  
possibili, deinde quæ esse in potentia tantum, aut in statu possibi-  
litatis; sed essentia, quæ existit per se ipsam, discernitur à p<sup>ri</sup>ncipali  
possibili, deinde quæ esse in potentia tantum ergo.

99. Probo min<sup>us</sup> essentia creatura, quæ existit per se ipsam, dis-  
cernitur ab essentia creatura, siquidem per se ipsam est essentia  
creata, et non essentia creatura: item per se ipsam deivent esse  
min<sup>us</sup>, et discernitur à nihilis vniuersi, alioquin non discernitur

à non

non ipsa per se ipsam; sed hoc est formalitex dicendum  
 a posse possibile, de vi negue esse in potentia tantum ergo.  
 100. 100. 2. secundo: essentia creature immediata per se ip-  
 sam terminat actionem positivam dei, quia immediate re-  
 latione sui essentia ab alio, esse participatum, in accipi-  
 tum a deo; ergo per se ipsam existit, quia per id rei con-  
 tit, per quod terminat actionem agentis: cum id sufficiat,  
 ut res sit producta, seu extra causam posita, et ut intus ac-  
 tu: non enim actio terminari potest ad nihil, nec ad pos-  
 se possibile. Prob. tertio: essentia, quam ab essentia crea-  
 ture distinguunt Thomista, quam habet essentiam realem,  
 cum sit apud Thomista vera essentia quidditative defi-  
 nibilis; sed hac essentia non existit per existentiam distinc-  
 tam: alioquin ibitur in infinitum; idem ergo dicendum  
 de qualibet essentia creature, quia in essentia existentia  
 manifeste insurguntur argumenta contraria.

Solvuntur argumenta  
 S. 10.

101. Obiides primo: existentia est actus realitex  
 receptibilis in essentia; ergo ab illa distinguitur. Prob. ant:  
 existentia est actus limitatus; ergo. Prob. conseq: omni-  
 actus inacceptus est actus purus, et illimitatus: cum ac-  
 tus non nisi a potentia receptiva limitari possit; ergo si exis-  
 tentia est actus limitatus non est receptibilis in essentia.  
 Disting. ultimum antec: omni actus inacceptus, nec recep-  
 tivus con: inacceptus, receptivus tamen nego ant, et con-  
 seq. Non enim generatim verum est, actum inacceptum, seu  
 inreceptibilem omnino esse actum purum: Nam actus



non propter limitatum ex eo, quod sit receptibilis in subjec-  
to, sed ex eo, quod sit receptivus ultionis actus; receptibi-  
litatem enim, cum sit susceptibilitatem, et potentialitatem alie-  
na est ab actu primo. Existencia vero creaturae semper est,  
aut receptibilis, ut existencia formae, aut receptiva, ut exis-  
tentia Angelus, quae recipere potest accidentia.

no. 2. Rep: existencia non est receptiva ultionis actus;  
ergo. Prob: antea: existencia est ultimus actus de linea entis;  
sed actus ultimus non est receptivus ultionis actus;  
ergo. Disting. maj: de linea entis, ut à nihilo discreti conc.  
de linea entis, qua late patet nego. Existencia non est recep-  
tiva ultionis actus discernentis rem à nihilo, et quae  
mixta; quia ipsa discretionem hanc perficit, hoc tamen non  
prohibet, quod ipsa sit in potentia p[ri]ncipale receptiva ultio-  
nis actus, non, ut per illum discernatur à nihilo, sed ut  
per illum perficiatur in alio genere. Sic existencia anime  
rationalis vnde in potentia est ad existentiam gratia, ut  
per eam sanctificetur.

no. 3. Co m: collige, radicem limitationis esse potentia-  
litatem, quae sine dubio datur, ubicumque est, vel recepti-  
bilitatem, vel receptivitatem, quae semper adest in creatura  
independentem à distinctione essentiali ab existentia. Cum  
autem dicitur: ideo creatura est limitata, quia recepti-  
va, et ideo receptiva, quia limitata, non indicatur utrius-  
que causalitas, sed mutua convertibilitas utriusque con-  
ceptus; quo sensu dici solet: ideo Deus est actus primus,  
quia a se latens est potentialis, et ideo non est potentialis,  
quia est actus primus.

Alte.

10.4. Altera praeterea limitationis ratio assignari potest in existentia creaturae numerum, quod ut actus receptus non in alio, sed ab alio, per causalitatem scilicet, qua omnis creatura suum esse recipit à Deo. Nam creatura vere à Deo recipit non solum, quod habet per rationem, sed etiam, quod per identitatem habet, quia sic accipere nihil aliud sonat, quam beneficio Dei esse id, quod est. Repugnat autem, actum sic receptum, aut receptibilem esse limitatum. Nec dicam causalitatem, aut causalitatem supponere limitationem creaturae, quae non esset causalitas, nisi esset ens limitatum; non enim illam supponit, sed infert, aut imbibit, sicut a veritate infinitum dicitur: nihil enim est in creatura primo, conceptus ipso creaturae, qui est conceptus entis ab alio, vel quod idem sonat ens causalitas.

10.5. Obiicitur secundo: Si creatura identificaret vel cum existentiam esset infinita; non est; ergo. Prob. aut. quod secum identificat primum, et ultimum actum de linea entis est infinitum, quod ex ipso totam entis lineam completitur; sed si creatura identificaret secundam existentiam identificaret secum primum, et ultimum actum de linea entis, enim tunc nempe, est existentiam; ergo. Disting. mag. ultim. syllogismi de linea entis, qualitate patet conc. de linea entis, existit, prout à simili dicitur nego mag. et sic distincta minor nego conseq.

10.6. Existentia creaturae dici potest actus ultimus per comparationem ad virtutem causam, non in linea entis, quae



late patet, siue quatenus hac linea amplectatur omnem  
 perfectionem possibilem, quia prout sic plures alias per-  
 fectiones de linea entis substantiâli, vel accidentali acci-  
 dere potest; sed solum in linea entis finiti, quatenus discre-  
 ti à nihilo, et numerata, ita ut ab his discernatur ultimo  
 unumquodque eorum per existentiam suam, utique limita-  
 tam in perfectione entitativa. Nulla autem infinitudo  
 requiritur ex identitate creaturae cum actu sic ultimo.

10.7. Resp. si creatura identificaret eorum primum,  
 et ultimum actum de linea intelligendi esset infinita in  
 illa linea; ergo, si eorum identificaret primum et ultimum  
 actum de linea entis, ut à nihilo discreti est infinita in  
 tali linea: ea siquidem est regula generalis in omni li-  
 nea: distinguitur. et ultimum limitatum de linea in-  
 telligendi nego: ultimum in perfectione, siue illimitatum  
 concedo. et nego consequens. Nulla infinitudo requiritur  
 ex identitate subjecti intellectivi cum ultimo actu de li-  
 nea intelligendi, si hoc nomine significetur qualis eorum  
 que intellectus v.g. claritati, ut quatuor, quidquid sit de  
 repugnantiâ huiusmodi identitate ex alijs capitibus. Iam  
 tunc nulla in linea requiritur infinitudo subjecti ex eo patet  
 esse, quod eorum identificet actus, nisi quando actus est ita  
 ultimus, ut attingat ultimum, id est, suam perfectionem  
 quam in ea linea: movens, quando actus est limitatus,  
 siue deficiente perfectionis gradu illius linee habet, ut  
 est existentia creata.

47.  
108. Obiicitur tertio: essentia hominis est necessaria,  
esse aeterna, seu contingens; ideoque propositio ista: homo est  
animal est aeterna veritas, haec autem homo existit est contin-  
gens vera; ergo. Respondetur, tam essentiam, quam existentiam  
eius contingenter absolute, et necessarium hypotheticum, vel ex sup-  
positione; et quia propositio essentiam essentiam non commu-  
ni vinitur in sensu hypothetico: haec enim vera est sensu eadem  
typus aeterna res creatura, quia scientia non existit, an res sit,  
vel quid sit, quando cumque sit; existentiam vero existentiam  
accipitur in sensu absoluto: id dico, alteram esse aeterna verita-  
tem, alteram vero temporalem, et contingentem. Si tamen utroque  
sumatur in eodem sensu nullum erit diversitas.

109. Dicitur: existentia contingens convenit essentia ho-  
minis; ergo non est necessaria eo sensu, quod est essentia: Dis-  
tinguitur autem: contingenter contingenter importante intueri  
eum defectibilitatem ipsam essentia convenit: contingenter desce-  
tante defectibilitatem existentia, permanente essentia nego  
antea, et conseq. Essentia ipsa vere est defectibilis, verique de-  
fuit ratione sui, cum non existit, quia tunc nihil essentia da-  
tur: unde non eodem sensu existentia contingenter convenit  
essentia, quam eo, quo essentia contingenter convenit, ibidem  
ipsa.

110. Obiicitur quarto: essentia creatura indifferens est, ut  
habeat, vel non habeat existentiam; sed non est indifferens ad  
remotivam; ergo realiter distinguitur ab existentia: Nullum  
enim indifferens ad actum, et non actum identificatur cum ac-  
tu: Distinguitur magis: indifferens est indifferens logica, et objec-  
tiva.



tra cum: indifferentia physica, et subiectiva nego may. et in-  
 munitè distincta minorè nego conseq. Essentia creaturae mit-  
 tam indifferentiam physicam, et subiectivam habet, quare con-  
 venit inlibet subiecto, quod idem in se realitè manet sub utro-  
 que extremo, scilicet sub actu, et eius negatione; Nam essentia  
 creaturae sum non esse non manet eadem realitè in se, sed  
 potius nihil est in se realitè.

111. Habet verò indifferentiam logicam, et obiectivam,  
 quatenus est obiectum, de quo affirmari potest existentia,  
 vel non, quae indifferentia, ut summum probat distinctionem  
 rationis. Habet etiam indifferentiam sumptam pro intrin-  
 seca defectibilitate, quatenus non repugnat essentiam defi-  
 cere in remota, quae diu potest indifferentia negativa. Inve-  
 peia habet indifferentiam extrinsecam, ratione causae, quatenus  
 ab indifferentia omnipotentia, ut producat, et non producat es-  
 sentiam creaturae, essentia haec intrinseca desumitur natura in-  
 differente, ut sit, vel non sit, quod additur de indifferentia ad ac-  
 tum, vel non actum, verum est, quando indifferentia est physica,  
 et subiectiva; non ita vero, quando solum, est logica, et obiectiva.

112. Objicit quinto: creatura non existit per essen-  
 tiam; ergo per aliquid ab essentia distinctum. Patet ante-  
 primo; quia solum deus existit per essentiam. Secundo; quia  
 si homo v.g. per essentiam existeret, foret essentialitè exis-  
 tens, sicut est essentialitè animal. Consequens: existentia  
 non ponitur in metaphisica, nec in physica definitione  
 hominis; ergo est extra essentiam eius. Disting. ante: per  
 essentiam necessariam, et independentem a se: contingenter,  
 defect-

42.

defectibilitèr, dependenter à libera Dei voluntate nego  
antec. et conseq. Similiter disting. primam prob. Certe  
re per essentiam, juxta communem loquendi modum, idem  
significat, ac existere à se necessario, et indefectibilitèr, quo  
sensu solum Deus existit per essentiam. At si existere per  
essentiam solum excludat formam existendi essentia re  
per additam, non est, cui creatura non dicatur existere per  
essentiam, sicuti per essentiam unam est ens verum, bonum,  
quodlibet. In præter sensu solum Deus dicatur ens, per esse  
trans, verum, et bonum per essentiam.

113. Ad secundam prob. nego assumptum. Quamvis enim  
homo existat per aliquid ab essentia indistinctum, non dic  
atur tamen essentialitèr existens, licet dicatur essentialitèr  
animal; quia ly essentialitèr adjunctum predicato existens  
necessitatem sonat absolutam; adjunctum vero predicato  
animal necessitatem sonat conditionatam. Quod si utrovi  
que sensetur idem sensus, vel absolutus, vel conditionatus, ho  
mo non magis existit essentialitèr animal, quam existens. Ve  
riusimum quippe est, quod homo potest non esse animal abso  
lutè, sicut potest non absolute existere.

114. Ad confirm. disting. antec. non ponitur explicitè conc.  
implicitèr indistinctè, ut de præter data conc. ut danda ex  
suppositione, quod datur homo nego antec. et conseq. Certe  
tentia enim includitur in esse reali, ut sic, et cum ipso trans  
cendit prædicata omnia positiva, in quibus præterde continet  
tur implicitè, sicut ens.

At



115. <sup>150.</sup> At in definitione hominis continetur existentia, non  
ut absolute, ac de presenti data, sed, ut data ex suppositione, vel  
pro casu, quod dicitur homo, vel, quod in idem recidat, non ut abso-  
lute affirmabilis, sed ut affirmabilis hypotheticè; nec alio ser-  
uatur punctum animal, vel substantia in ipsa hominis defini-  
tione. Si quaeras, an existentia, ut absolute affirmabilis distingua-  
tura ab essentia, ut affirmabilis hypotheticè? Resp. non distinguitur  
intus, scilicet, quando est; sed quando non est distinguitur nec  
negativè, id est, non identificatur actualitèr, quia nihil est; et hoc  
sufficit ad veritatem hujus propositionis negativæ: existentia  
hypotheticè affirmabilis, non est affirmabilis absolute.  
Idem intellige de distinctione essentia, ut absolute affirma-  
bilis, ac ipsa, ut affirmabilis hypotheticè.

116. Obijces sexto: quia realitèr separantur, realitèr di-  
tinguntur; ad essentia creaturae, hominis, e.g. realitèr se-  
parantur ab existentia, ut accidit in quavis essentia possibilis;  
ergo. Confirma. primo: homo nunquam fuit in potentia ad sua  
predicata essentialia; sed fuit in potentia ad existentiam;  
ergo hoc à predicatis essentialibus distinguitur. Secundo:  
homo sua essentia non est possibiliter existens; sed non  
est possibiliter homo, alioquin ita esset homo, sicut est albus;  
ergo homo non est sua existentia. Tertio: essentia creaturae  
distinguitur à non esse; ergo et ab esse, cum ad utrumque sit  
indifferens. Quarto: Deus nullum predicatum essentialia po-  
teat autem ab homine; sed potest ab eo assequi existentiam;  
ergo. Resp. distinguendo minorem: essentia possibilis esse:  
actua

51.

actualiter nego min. et conseq. Ad existentia non separata  
sua essentia possibilis, quae cum de presenti nihil sit, non est  
essentia actualiter existentis, sicut ignis extinguitus, non est  
ignis.

17. Ad primam confusionem. disting. min. nunquam fuit  
in potentia phisica, et subjectiva con. in potentia logica, et  
objectiva nego may. et sic distincta min. et nego conseq. Homo  
nunquam fuit in potentia phisica, et subjectiva ad sua pra-  
dicata existentia, quales habet homo existens, ut intelligat,  
amit &c. Fuit tamen in potentia objectiva, siue haec vocetur  
pro potentia causa, quae, quia pro objecto respicit effec-  
tum, dicitur potentia objectiva ipsius effectus, siue etiam  
pro non repugnanti a mente negativa, seu pro modo non esse  
repugnanti rei ad existendum, siquidem antequam homo  
existeret, cum esset actu nihil, non erat actu animal rationale,  
sicut nec homo, nisi in potentia causa. Causa tamen modo,  
et non alia fuit homo in potentia ad existendum.

18. Ad secundam nego min. sic ides homo est possibiliter  
homo, quo conne est alius possibiliter, nam homo non alius,  
etiam si existat, est alius possibiliter per potentiam phisicam,  
et subjectivam. Ad tertiam disting. ante: distinguitur  
tu a non esse, quando est con. quando non est nego ante.  
et disting. conseq: distinguitur ab esse, quando est nego, quan-  
do non est subdisting: tamquam non ens ab ente con. tamquam  
ens ab ente nego conseq. Ad quartam disting. may: auferre  
potest ab homine, manente, seu non delectato homine con.  
homine delectato, seu non manente nego may: tunc enim Deus

auferat



aufert horum non unum tantum modo predicatum essen-  
 tiale, sed omnia. Similiter distincta in non negantur  
 seq. Cum dicitur essentia rerum esse invariabile, nec posse  
 à Deo creari, nec mutari, rem est, non posse rem manere,  
 quod eo ipso talem habeat essentiam, quæ ipsi definitio ex-  
 plicat. Ceterum existentia cessante, essentia ipsa funditur  
 exatitur, atque ita mutatur, ut que exat aliquid, possit  
 nihil.

119. Obiicit septimo: essentia inquit concipitur cum pre-  
 dicato opposito illi, quocumque identificatur; sed essentia potest  
 concipi, ut non existens; ergo non identificatur cum exis-  
 tentia. Disting. m. 1. essentia possibilis, concipitur actualiter  
 in actu, ut non existens, ut non existens, ut non exis-  
 tens, eo ipso rem, que ut actualiter concipitur nego; alio mo-  
 do, que non concipitur, ut actualiter concipitur et nego concipitur.  
 Cum concipitur essentia non existens, non concipitur essen-  
 tia actualiter, sed dumtaxat essentia possibilis, que, ut potest di-  
 stincta ab essentia actuali, distinguitur etiam ab existentia.

120. Solum autem essentia actuali, et non existentia  
 possunt dari simul in intellectu, altera, ut absolute concepta,  
 altera vero, ut concepta hypotheticè, quando scilicet adest cogi-  
 tatio hæc: existens non existit, cuius unum est; modo non  
 datur illud objectum, quod, si existeret esset creatura. Ceterum  
 hoc modo, etiam concipitur essentia sub negatione  
 rei: nec id est exat illud quædam, quia non concipitur,  
 ut absolute conjuncta, nec, ut hypotheticè conjungenda cum  
 negatione.

121. Tandem obiecta, quod supra congerunt ad verum  
 122. D. Thomae testimonia, in quibus avertit, quod solus Deus est  
 123. verum esse, quod essentia in creatura est aliud ab esse, quod es-  
 124. sentia comparativa ad esse verum, ut potentia ad actum, quod  
 125. in omni creatura datur compositio ex existentia et esse, ut  
 126. ostendant Sanctum Doctorem pro ipsius stare. Sed imminutio  
 127. de ipsius mente gloriatur. Et enim propositiones quomodo  
 128. di realiter nupiat distinctio rationis. Sic sepe invenit  
 129. apud D. Thomam C. g. q. 1. de Verit. art. 1. et 1. p. q. 3. artic. 5.  
 130. quod differentia est aliud a genere, seu natura extranea, et  
 131. superaddita generi, quod se habet ad genus, ut actus ad poten-  
 132. tiam, quod compositio ex genere, et differentia propria est  
 133. creaturae, et a Deo proxima aliena. Nec tamen inde inferri  
 134. licet, genus, et differentiam realiter distinguuntur, iuxta D. Tho-  
 135. mam. Adde, quod vocabulo esse in locis, quos ad verum  
 136. allegant comprehendere videtur Sanctus Doctor substantentia.

### Caput I.I.I.I.

De ente necessario, et con-  
 tingenti; mutabili, et  
 immutabili; finito,  
 et infinito.

De ente necessario, et contingenti. S. 1. S.

122. **Q**uoniam necessarium vocatur illud, quod ita est, ut non  
 esse non possit. Unde ens, vel metaphysice, vel physice, vel non moraliter



necessarium esse potuit. Metaphysice necessarium dicitur illud, quod ita est, ut eius oppositum metaphysice repugnet: quod duplex esse potest, quoad essentiam scilicet, vel quoad existentiam. Metaphysice necessarium quoad essentiam dicitur illud, cuius essentia ita est certis principijs conitax, ut impossibile metaphysice sit, non esse, et e converso conitax. Ita metaphysice necessarium est, hominem esse animal rationale, eoque sensu singularium essentia necessaria sunt. Metaphysice necessarium, quoad existentiam vocatur illud ens, quod ita existit, ut non possit non existere, ipso quod existit metaphysice impossibile non sit, eoque que essentia repugnet, quo sensu solus Deus est ens necessarium. Physice necessarium vocatur illud, cuius oppositum solius nature creatae visibus repugnat. Ita physice necessarium est, lapidem gravitate, flumen ad insens delabi.

123. Moraliter necessarium est illud, quod, quamvis physice, et metaphysice esse non possit, plerumque tamen est, utique facti contingit ut eius oppositum sit. Ita moraliter necessarium est hominum sane mentis impendenti, vite periculum vitare. Pariter, sicut de possibilibus iam diximus, ens aliud est necessarium absolutum, quod nempe ex sola ipsius indole non esse non potest aliud hypotheticum, quod nempe additis necessarium ex aliquo conditione apponitur, quamvis illa conditio non necessaria, sed contingens sit. Sic necessarium est, hominem salvum, si in charitate Dei vitam finiant. Ad huiusmodi necessitatem referenda est necessitas, quoad essentiam, ut in eque definitione conitax.

124. Contingens vocatur ens illud, quod ita est, ut etiam non esse possit. Dicitur, cum contingentia necessitati opposita quemadmodum necessitas ipsa, vel metaphysica vel physica, vel moralis, ite

Itidem vel absoluta, vel hypothetica esse potest, itaqueque valet  
 tam casum in contingencia admittenda videtur; ut ens aliquod,  
 vel metaphisicè, vel phisicè, vel moralitèr, vel absolutè, vel hypo-  
 teticè contingens fiat, prout ejus opportum, vel metaphisicè,  
 vel phisicè, vel moralitèr, vel absolutè, vel hypotheticè possibile sit.

125. Exinde vero apparet, quod humana voluntatis arbi-  
 trium perfectè liberum esse, non poterit, nisi metaphisica, simul-  
 que phisica necessitas excludatur, adeoque actus ipse prout indepe-  
 xens, et contingens sit, ut proinde voluntas ita actum producat,  
 ut opportum, si velit, amplecti possit. Hinc quicquid in hominè  
 necessario, produceretur liberum esse non poterit: unde omni necer-  
 sitate absoluta arbitrio opposita. Si verò necessitas non abso-  
 luta, sed hypothetica, vel conditionalis sit, optime cum libertate com-  
 poni poterit. Sic, cum actum aliquem caerimus, non operari non  
 possumus, hoc est, uno, eodemque tempore operari, simulque opera-  
 ri non possumus; liberè tamen operamur; quippe qui nos ipso  
 liberè ad operandum determinavimus. Sic etiam illa, que à Deo  
 producta fuerint, necessarium est, ut existerent, sed tamen illa  
 non necessaria, sed contingencia sunt, cum necessitas illa es-  
 sola hypothèsi oblatum, quod à Deo liberè producta sunt.

126. Non solum res in se ipsa necessaria vel contingens dicitur,  
 sed etiam, si expectetur modus quoad alterum, res existerentiam  
 conferre possit. Ita causa à quibus res, aut effectus aliquis  
 produci debet, ipsi producendo necessarie vocantur, quod illis  
 ablativè ipse produci non possit. Ita etiam prima causa conditio-  
 nerum necessaria sunt, aut effectus aliquis à sua causa produca-  
 tur, cum his ablativè effectivè produci requirit. Hinc Deus utro-  
 que rem necessario haberi debet, et quod necessario ipse sit, et



quod sine illo nihil proxime existeret poterit; creata vero res  
omnes contingentes in se ipsi sunt, sed in ordine ad aliud neces-  
sariae aliquando esse poterunt, cum nempe in illud independen-  
ter ab ipsi esse non possit.

De ente mutabili, et  
immutabili. §. 2<sup>o</sup>

127. Quomodo modum entia alia dicuntur necessaria,  
alia vero contingencia, ita similiter alia mutabilia, alia im-  
mutabilia dicuntur. Immutabilia dicuntur illa, quae ali-  
ter esse non possunt, ac in se sunt; adeoque necesse esse recipere,  
ac vetus amittere non possunt. Mutabilia vero ea dicuntur,  
quae aliter existere, et esse possunt, ac in se sunt, illa enim sunt  
quae necesse esse, necumque statum recipere subinde possunt,  
aut vetus amittere. Quae vario autem entitatis esse, aut modi  
generis, quod acquiratur, aut amittatur, varia quoque muta-  
tionis genera distinguuntur solent, ut alia quidem substantia-  
li, alia vero accidentaliter dicatur.

128. Accidentaliter mutatio vocatur illa, in qua novus  
velum accidentaliter entitatis, necumve modus acquiratur, aut  
amittitur, substantia veteri proxime in eodem, ut cum ignis  
ex frigido fit calidum, cetera rotunda quadrata fit. Iuxta  
varia modorum ~~genera~~, aut accidentium <sup>genera</sup>, quae acquiri possunt,  
vel amitti, mutatio ipsa in varias classes distinguuntur  
quoque nominibus appellari solet. Itaque mutatio illa, quae  
ad quantitatem, veluti terminum dirigitur augmentatio, vel  
diminutio

di minime vocatur. Quod si quantitas eadem perseveret, sed tamen ad magis, minime spatium adigatur, rarefactio, vel condensatio dicitur, ut eadem spongia molles, et quantitas aliquando magis, aliquando minus spatium occupare conspicitur.

129. Mutatio, qua nova qualitas acquiritur dicitur alterationis, ac pleurisque nomen ipsum, et de eadem à variis qualitatibus acquirentis genere sortitur, ut calefactio à calore. Unde hæc mutationis, operæ latissime patet, atque infinita fere mutationum, tum corporæ, tum incorporeæ genera complectitur, ut cum humani animus ex inguito, gignitur, ex imperio, perititur fit, adeoque, si mutationis illa, exceptis, que ad quantitatem, figuram, motum, situm, veluti terminum dirigitur, ceteræ ad alterationem referri poterunt. Mutatio, qua corpus in uno loco in alium transfertur, motus vocatur.

130. Mutatio, qua corporis partes alio ordine disponuntur, situs, ordo, vel positura vocatur, atque ex huiusmodi positura, vel ordine, corporis figura dependet. Sic eadem eæ partes disponi ita, variisque situ collocari possunt, ut exinde vel quadrata, vel ætunda figura oritur. Mutatio, qua res aliqua, quæ prius indifferens, ac veluti otiosa fuerat, operatur, aut actionem, sive effectum ab altera re productum excipit, actio, vel passio vocatur, et qualitas illa, que ex pluribus iteratis actibus acquiritur, ut novus actus veteribus jam iteratis similis producat, habitus dicitur.

131. Substantiæ autem mutatio dicitur illa, in qua ipsa res, aut substantia nova producit, sive veteri destruitur, ut cum ex ligno  
fit



fit lignis. Quia vero creata natura videtur, aliquid ex nihilo  
 produci non potest, ubi aliqua nova substantia producitur, setur  
 alia substantia destrui debet, ut vinum ex uibo fit caro; atque hujus  
 destructio corruptio vocatur; alius vero productio generatio dicitur.  
 Quod si diuina potentia videtur, et quaedam ex nihilo  
 producat, productio illa non generatio, sed creatio dicitur; quem  
 admodum, si res ipsa non in substantiam aliam, sed in nihilum re-  
 dicitur non corruptio, sed annihilatio vocatur. Ita quocumque in sub-  
 stantia una in alterius generis substantiam diuina potentia vi-  
 detur conuertatur, mutatio illa transubstantiatio dicitur.

132. Illud hic obseruari facile poterit, quod in Deo quidem natu-  
 rum proximo mutationis generis effingi poterit; cum ipse nec in sub-  
 stantia, nec in attributo, que in illo conuersiuntur, alteram possit, sed  
 omnino perenni, ac immutabili esse debeat, ut alibi demonstratis  
 tur. Creatz vero substantia, quocumque illa fuerint, ita mutabile  
 esse debent, ut si corporee illa sint, tum accidentali, tum substantia  
 si mutatione obnoxie esse possint. Si vero incorporee sint, partibus  
 que careant accidentalem quidem mutationem subire ille poter-  
 unt, necque incorporear affectione induere; sed ipsarum sub-  
 stantia nec corruptio, nec generatio, sed a solo Deo ex nihilo creari,  
 aut in nihilum redigi poterit, ut ostendetur, ubi de incorporea  
 humana menti substantia agendum est.

133. Obseruari etiam poterit, quod hujusmodi mutationis  
 genera abstractive etiam moralibus que entibus adhiberi solent,  
 ut illa quocumque in sua veluti substantia destrui, aliquando vero  
 accidentaliter solum variari videantur. Ita plerumque dicitur,  
 historiam aliquam sic a varijs scriptoribus expressam, ut ipsius  
 substantia diuersa sit, ubi quod ab uno aseruitur, ab alio destruitur.

Si

Non vero in quibusdam solum circumstantiis varietas habetur, accidentaliter mutatio censeri solet, quae facti substantia non advenit. Sic etiam contractus sive aliquando accidentaliter solum mutatur, aliquando vero ipsa quoque substantia variari consuevit.

### De ente finito, et infinito. § 3<sup>s</sup>

134. **L**inea finita, et infinita vocari, aut ideae ipsius occurrunt de infinito, et finito agendum est. Finitum vocatur ens illud, quod in suo genere, limites, aut terminos aliquos habet, illud numerum, in quo initium aliquid, nempe finis reperitur, quibus sicuti terminis conveniuntur. Ita linea finita dicitur illa, quae utriusque terminos habet; finitum vero, finita potentia, celeritas, &c. dicitur illa, in qua cetera, ac determinata intensio reperitur. Hinc ens aliquod in suo genere finitum esse consuevit, ut intelligatur ens illud in hoc ipso genere augeri, potest. Ita proposita linea qualibet finita erit, et quod terminos aliquos habeat, et quod linea quaedam haec ipsa major admitti possit.

135. **I**nfinnum dicitur illud ens, quod terminos omnino non caret, tamvisque abest, ut in illo finis aliquid admitti possit, ut terminos, aut limites omnes excludat. Sic corpus dicitur infinitum, quod nullis finibus, nullisve terminis esse contentum, sive quomullum aliud magis esse possit. Aliud est infinitum in omni genere, quod numerum continet omnem per-



fectionem: possibilem, et appellari solet infinitum per eum-  
tiam: hic solus Deus, aliud vero est infinitum in aliquo  
genere determinato, quod scilicet in eo genere illimitatum  
est, ad alia tamen non excurrit. Huiusmodi est infinitum  
multitudinis, v.g. Innumerabilis multitudo hominum: in-  
finitum intentionis, v.g. calor sine fine intensus: infinitum  
extensionis, ut corpus spatium occupans sine termino.

136. Duobus modis sumi solet infinitum, scilicet in  
finitum in actu, quod proprie infiniti nomen meretur, et est,  
quod actu nullum habet finem, et infinitum in potentia, cui  
infiniti nomen minus proprie convenit, et est, quod actu finem  
habet, est tamen in potentia ad partes, vel gradus necesse  
tot, quot in infinitum possibile sunt, licet nunquam perve-  
niant ad infinitatem actualem. Primum dicitur cathegorica-  
tum, hoc est, predicabile, quod sine ullo addito potest de alio  
predicari, ut in hac propositione: Deus est infinitus. Post-  
erius synonymum appellatur, quasi dicitur <sup>corp</sup> predi-  
cabile, quod non potest, nisi cum addito predicari. Sic minus  
quam dicitur potest: sapientia hominis est infinita, nisi cum ad-  
dito in potentia, que significatur nunquam esse posse tantam  
hominis sapientiam, quin semper incrementum aliquod  
in infinitum suscipere possit.

137. Ex his liquet inter finitum, et infinitum, dari  
medium ~~matrem~~ quocumque nomine appellatur. Sic Carter-  
ius, ubi hoc dixerunt, nec finitum esse, nec infinitum, sed  
indefinitum tradit, aut materiam indefinite dividit, fuerit  
nobis vocis novitate fecere solutus. Inidquid enim actu est  
aut finem habet, tumque est infinitum, aut sine caret, tumque  
est vere finitum. Cum autem tantum est numerus,  
ut

61.

ut cum ratio nostra definit non possit, tunc indefinitum voc  
ce uti possumus, dum illud continet, numerum vere esse fi  
nitum. Sed jam videamus, an infinitum aliquod à Deo  
produci possit? Sit ergo.

## Quaestio unica

Utrum repugnet infinitum in actu?

138. Quaestio praefixa circa infinitum catho  
xematicum, seu extensivum, seu intensivum, seu multitu  
dinis versatur, quod fieri à Deo posse dependunt aliqui, qui  
putant, infinitam Dei potentiam aliter intelligi non posse.  
Contra communem in omni Schola sententiam contendit,  
omnipotentiam divinam, exenti, & admittat in infinitum  
in actu, quippe quae plura quam producta. Illius speciem  
procedere non possent. Pro resolutione ut.

Nostra assertio

§. 4<sup>o</sup>

139. Nulla produci potest multitudo, vel mag  
nitudo, vel qualitas actu infinita. Prob. Multitudo, vel  
magnitudo, vel qualitas infinita esse deberet extrema,  
vel omnium possibilium maxima, ita ut nullas habeat  
fines, nec possit ea major, nec divinitus quidem produci.

sed



sed repugnat multitudo, vel magnitudo, vel qualitas  
 omnium possibilium maxima; ergo. Major patet, si enim  
 numerus esset actu infinitus, infinitus esset infinita unita-  
 tes, infinitos itidem binarios, infinitos millesimos, billio-  
 nes, infinitos trillions, et ita in infinitum contineretur, quo  
 numero major, nec dari, nec concipi ullus potest. Simili ra-  
 tione unitas infinitam intentionem, aut extensionem  
 esse maximam; siquidem in illa esset infinitus numerus  
 magnitudinum finitarum, vel graduum.

140. Minor etiam constat; siquidem nullus est  
 numerus tantus, cui unitas non possit addi; nulla mag-  
 nitude, quin possit magis extendi; alioquin exhausta ma-  
 neret potentia divina, qua nec ullum corpus, nec numerum  
 ullum producere possit; nulla itidem qualitas, v.g. sapien-  
 tia, quin incrementum suscipere possit, aliter equalis fo-  
 ret sapientie divinae, qua nulla major potest existere. Item  
 si Deus produceret infinitos homines, numerus hominum  
 esset maximus, ut supponitur, et non esset, quia plures essent  
 oculi, aut capilli, quam homines; nam ut duo se habent ad  
 unum, ita tota collectio oculorum se habet ad numerum ho-  
 minum. Alia itidem absurda sequerentur, quae brevitate  
 hic causa omittimus.

### Solvuntur argumenta.

#### §. 5.

141. Obiicit primo: quae possibilia sunt, eadem?  
 ut existentia fingere possumus absque ulla contradictione.

nam.

63.

nam possibile in actum ad actum, nullum sequitur abru-  
dum; sed infiniti homines sunt possibile; ergo potest exis-  
tere infinitum. = Disting. mag. fingere possumus ea ra-  
tione, qua sunt possible conc. alia nego mag. et sic distinc-  
ta implicita probatione, disting. min. infiniti homines  
sunt possibile in sensu colectivo nego: in sensu distribu-  
tivo conc. min. et nego coneg. Infiniti quidem homines pro-  
duci possunt à Deo secundum, et in sensu distributivo: quia  
quocumque numero sunt producti, eorum numerus  
semper augeri potest, sed nunquam infinita coaccessari  
potest multitudo, ~~impossibile~~, ut potè quædam.

142.

Obiicit secundo: Deus potest producere, quod  
actu, ut possibile cognoscit; sed Deus actu cognoscit omnia possible;  
ergo potest producere omnia possible; ergo est infinitum. Cones-  
sa mag. disting. min. omnia possible eo modo, quo sunt possible  
conc. modo, quo non sunt possible nego min. et disting. primum  
coneg. potest producere omnia possible in sensu distributivo  
conc. in sensu colectivo nego primum, et secundam coneg. Cum  
res omnes sint tantum possibile in sensu distributivo, quia  
non tot produci possunt, quin plures in infinitum procreari  
valeant, quoniam thesaurus omnipotentis divine extraxerit  
negit, non potest Deus cognoscere omnia possible collectivè rati-  
ta, ut possible, sive collectionem possibilem omnium possible,  
quia huiusmodi collectio impossibile est. Cognoscit vero Deus  
omnia possible simul simultate cognitiva n. distributive tan-  
tum ex parte objecti. Ita tamen, ut nullum sit, quod non cog-  
noscatur à Deo.

Obi-



64.  
O 143. Obiicitur textus: magnitudo infinita non  
repugnat, nec ex parte Dei nec ex parte rei; ergo pro:  
cuius potest. Nunc autem; repugnat infinitum ex parte  
Dei, cuius potentia exhausta non potest; tum ex parte  
rei, quia magnitudo ex parte est tantum infinita potes:  
tate, non actu, nec tanta esse potest, quin semper ampli:  
corum queat; quoniam illud ad essentiam infiniti mathematici  
pertinet, ut semper, et sine fine augeri possit,  
si de incremento agatur, vel minus, si de decremento.

144. Obiicitur quarto: Deus operari potest ubique  
que est per suam immensitatem; sed est ubique; ergo operari  
potest ubique; ergo producere potest infinita corpora, vel  
corpore infinitum. Distinguitur: operari potest ubique  
est in sensu collectivo nego: in sensu distributivo con. mag.  
min. et similitex distincto primo consequenti, nego ulti:  
mum conseq. Deus operari potest ubique est in sensu  
distributivo, quatenus nullus est locus possibilis reor:  
um, et distributive sumptus, in quo quidpiam corpore  
creare non valeat. Sed nequit Deus operari ubique  
est in sensu collectivo, ita ut in omnibus locis simul sum:  
ptis produci queat; quia non potest tantum producere  
corpore, quin magis in infinitum creare valeat.

145. Obiicitur quinto: Mathematici hodie, ut  
lineas curvas accuratius mensurantur admittunt non  
tantum quantitate infinita parvas, numero infinitas  
in

in quibus exposui, nec etiam infinitum numerum in  
 similitudinem, ergo. Distinguitur: admittunt, nec ea ut  
 utere demonstrantur: nec nego. Quantitates infini-  
 te posita inveniuntur infinita pro fundamento, aut habet  
 ter sibi concessio sumitur a mathematicis, quia in  
 portat sequitur facilius ratio mentiendo linea, et cur-  
 var: nec inde sequitur, numerum infinitum conste-  
 re, sicut non sequitur, nullam dari superficiem sine pro-  
 funditate ex eo, quod ea illam habet. Hypotesin posita sequatur  
 facilius solidorum mentionem.

## Caput V.

### De Substantia, et accidenti.

#### De Substantia.

##### §. 1.<sup>o</sup>

146. Substantia hic accipitur pro nobilissima  
 quadam essentia, que per se existit, aut subsistit. Hec est  
 vel a substantia, quod omnibus subsistit accidentibus, seu per-  
 fectionibus, que in se consumuntur, vel quod per se subsistit  
 tot, nec alieno eget presidio, nomen sumit duxit. Cum  
 autem id prius in se consumatur, quod per se existit, aut  
 subsistat, quam quod subsistit accidentia, illa ratio prior  
 est, substantiaque essentiam explicat. Substantia sic explicat  
 ca.



66.  
bata, quae et transcendentalis dicitur dividitur  
in finitam, et in infinitam. Prima, quae et prae-  
mentalis appellatur, est, quae certis limitibus cla-  
ditur, ut creatura. Secunda est, quae nullis terminis  
comprehenditur, ut Deus. Substantia finita alio  
est completa tum physice, ut homo, tum metaphysi-  
ce, ut individua, et species tam subalterna, quam in-  
fima: alia est incompleta physice, ut materia, et  
forma, metaphysice, ut differentia.

47. Substantiam Aristoteles in primam, et se-  
cundam partitur: illa est singularis, quae nec est in  
subjecto, cui inhaeriat, nec de subjecto dicitur, ut So-  
crates, Plato. Secunda est, quae non est in subjecto, cui  
inhaeriat, dicitur tamen de subjecto: haec est univers-  
salis, ut homo, qui de Socrate, Aristotele dicitur.  
Substantia singularis dicitur prima, quod illi  
existentia primario conveniat, non substantia  
universalis, quae non existit, nisi in singularibus.  
Hinc docet Aristoteles, sublativam primam substans-  
tiae tolli omnia: haec enim sublativae, nec remanent  
secundae, quae non existunt, nisi per primam, nec reman-  
ent accidentia, quae non existunt, nisi in substantia.  
Sua.

148. Quia substantia essentialiter in ratione  
 entis per se, hoc est, in ratione entis, quod exigit,  
 sive unum debet existere per se, vitam esse dicitur  
 minus, breviter, quae contra opponi volent, dixerimus.  
 Dicitur igitur primum: substantia constituitur  
 per conceptum oppositum accidenti; sed concep-  
 tus iste est negatio essendi in alio, non vero esse  
 per se; ergo. Secundo: substantia dicitur a sub-  
 stando; ergo constituitur per substantiam accidentis,  
 non autem per perveritatem. Tertio: esse per se  
 convenit accidentibus Eucharisticis; ergo non  
 est constitutum substantia. Quarto: esse per  
 se potest separari a substantia; ergo. Quinto:  
 forma materialis est substantia; sed non existit  
 per se: cum in essendo dependeat a materia; ergo.

149. Verp. ad primum dicitur, magis per con-  
 ceptum positivè oppositum accidenti com: nega-  
 tivè tantum nego mag. et sic dicitur minor  
 nego conseq. Substantia ergo per conceptum posi-  
 tivum constituitur, ad quem requiritur negatio  
 essendi in alio. Ad secundum nego conseq. quia  
 nomina saepe sapunt a proprietate de sumuntur.



68.

Ad textum dīstīng. antec. esse per se negatīo  
com. positīve nego antec. et conseq. Existere per  
se positīve est ita existere, ut per se veritatem exi-  
gat, quod nūquā accidētibus Eucharistia  
convenit, quae licet actu subiecto non inherant,  
exigunt tamen inherere.

150. Ad quartum dīstīng. antec. esse per se  
radicale nego antec. actuale omīto antec. et ne-  
go conseq. Ad quintum dīstīng. min. non existit  
per se ut quod com. nec ut quod, nec ut quod nego min.  
et simpliciter prob. dīstīng. dependet à materia  
tamquam à subiecto informationis com. Inheren-  
tīa nego. Forma materialis melius dicitur subs-  
tantialis, quam substantia; non enim <sup>est</sup> substantia  
completa, sed incompleta: unde non existit per se  
ut quod, sed ut quod, quatenus cum materia substā-  
tiam completam constituit, licet ab ipsa dependeat,  
tamquam à subiecto informationis.

~~151~~ De supposito et subsistentia.  
§ 2.

151. Subsistentia nomine nihil aliud intelli-  
gi<sup>?</sup> volet, praeter id, quo substantia terminatur,  
aut

aut completum; unde definitur solet ultimum  
 substantie complementum, cum addens sui generis,  
 sive incommunicabilem alteri, tamquam suppositum.  
 Suppositum autem est substantia singularis  
 ultimum completa sui generis, sive incommuni-  
 cabili alteri, tamquam supposito. Dicitur autem  
 substantia ultimum completa sui generis, et incommu-  
 nicabili alteri, tamquam supposito, quia est prin-  
 cipium totum, et integrum suorum affectionum,  
 et operationum. Unde Socrates est suppositum,  
 non spiritus meus vola, ne solum corpus, sed So-  
 crates est principium totum, et integrum vo-  
 rum operationum.

151. Suppositum potest, si ratio sui parti cepit  
 fuerit, appellabitur persona. Persona quippe de-  
 finitur a Boetio: rationalis natura individualis  
substantia. Nam res omnis, quae rationis est ex-  
 pes, suppositum, vel hypostasis nominatur, non  
 persona, cum hoc nomen ad dignitatem pertineat.  
 Atque omnis persona dici potest suppositum,  
 non vice versa. Additur haec vox individualis, idque  
 intelligendum, tum logicè, quod persona de aliis  
 non praedicetur, cum quam inquit Boetius  
 unum.



70.  
in universalibus persona dici potest, sed in sin-  
gularibus tantum, et individuiv: animalis  
verum, vel generalis hominis nulla persona est,  
sed Cicero, vel Plato; tum philosophi, quate-  
nus totum quoddam est. At manus, aut pe-  
rationem suppositi non habet; cum autem sepa-  
rata, iam sit suppositum.

153. Hypostasis apud veteres, profanos-  
que scriptores (testante Boetio) nihil aliud,  
nisi substantiam singularem, significabat,  
quam a natura minime distinguebant. Eccle-  
siastici vero Doctores, ut Irenaeus, receptamque  
a Patribus doctrinam, circa Mystera Sanc-  
tissime Trinitatis, et Incarnationis, tuean-  
tur, unam ab altera receperunt. Unde, quae sit  
subsistentiae ratio, et quomodo a natura distin-  
guatur, ex his quae fidei catholicae circa praedicta  
Mystera tradit, exponemus; quapropter  
hoc loco extra philosophiam paululum est  
excursandum.

154. Atque id exploratum haberi debet, sub-  
stantiam aliquatenus a natura distingui.  
Nam in Christo Domino est humana natura  
ea-

71

eaque perfecta, in quo tamen non est humana  
substantia. Nec aliunde circa adoranda Sanctis-  
sima Trinitatis, et Verbi Incarnati Mysteria  
varie exorta sunt haereses; quam quod Haereticum  
nullum inter personam, et naturam divinum  
adhibuerint: hoc enim primum nitebantur:

persona, et natura nullo modo distinctae sunt.  
ex quo circa Mysterium Sanctissimae Trinita-  
tis, sic ratio cinabatur Sabellius: atque unica  
est in Deo natura; ergo unica persona. Sed Contra  
bat Arius tres sunt in Deo personae; ergo et  
naturae.

155. Sed utrumque dominavit Ecclesia, quae  
et Scripturarum auctoritate, et traditionis per-  
petua sensu iuxta usum in Deo naturam, et  
tres personarum adversus Haereticos inexcus-  
tabiliter asseruit. Duo quoque genera attribu-  
tionum in Deo agnoscit Ecclesia: essentialia  
nimirum, ut sapientiam aeternitatem, quae ad  
naturam pertinent, et tribus personis sunt  
communia; et alia, quae notionalia dicuntur,  
quibus una persona ab alia distinguitur, quae  
que uniusque persona propria sunt, ut gene-

rare



72.  
xare in Patre, et nati in Filio, et ratione ho-  
rum attributorum unaqueque persona est inte-  
grum agens, principium, aut supportum.

156. Similiter in mysterio Inannatio-  
nis Verbi divini misere impegerunt Hæreti-  
ci. Nestoriani quidem hoc modo: natura, et per-  
sona sunt quid idem; sed in Christo sunt due  
naturæ; ergo et due persone. Eutychæ, vero  
aliter assumebat; sed unica est in Christo per-  
sona, ergo et unica natura. Tunc dogmata utrius-  
que, tamquam falsa, et lapsa præcepit Ec-  
clesia, dum unam, in Christo personam, et un-  
am naturam, divinam scilicet, et humanam agnos-  
cendam definiuit. Non sunt igitur hæc omnia  
simul confundenda natura, substantia, sup-  
positum, aut persona. Si quidem in Deo unicus  
est natura, et divinitas, sed tres sunt hypo-  
theses, aut substantiæ, tria supposita, seu per-  
sonæ, quæ in eadem natura, seu essentia subsi-  
stunt, nempe Pater, Filius, et Spiritus Sanctus.

157. Similiter in Christo sunt due natu-  
ræ, divina nimirum, et humana; sed natura  
humana, seu humanitas, secunda Verbo Divino

75.

fuit assumpta, ut ipa hypostatice, seu personali-  
 liter, sit unita. Ex unione autem hypostatice  
 sequitur communicatio idiomatum, ut loquimur  
 Theologi, seu proprietatum utriusque na-  
 turae, divinae scilicet, et humanae in Christo,  
 per quam communicationem efficitur, ut tum  
 naturae de se mutuo conrecto nomine dicuntur,  
 sicut Deus est homo, homo est Deus; tum proprie-  
 tate naturae divinae de humana, et vice versa,  
 sicut Deus est mortaliter, homo est aeternus; tum  
 demum proprietate utriusque naturae de  
 supposito ipso, seu Christo; ut Christus est  
 immortaliter, Christus fuit conceptus de  
 spiritu Sancto, natus de Maria Virgine.  
 Non tamen in abstracto dici possit: humani-  
 tas in Christo est divinitas, aut vice versa.

158. Hinc humanitas seu natura huma-  
 na in Christo propriam habet existentiam,  
 et in ratione natura est completa; non tamen  
 propriam habet substantiam, seu personalita-  
 tem; quia non est individuum, sive non est prin-  
 cipium totius, et integrum operationum Chris-  
 ti; cum haec sit, et à Verbo, et à natura humana  
 ipsi hypostatice unita, tamquam ab una per-  
 sona.



sona omnimoda, quare theandrica, id est, divi-  
humane vocantur. At vnde Minerva explicat,  
videmus jam, in <sup>quo</sup> creatis persone in creatis con-  
sistat?

### Questio unica

Utrum substantia creata  
addat aliquid positivum  
supra naturam.



159. Ratio suppositi, seu persone et ne-  
gativa, et positiva dictione exprimi potest.  
Sicmodum enim in figura exprimens in-  
tendum positiva dictione utimur, puta, cum di-  
cimus, eam esse corpus & terminum, intendunt  
negante, viz. cum dicimus, eam esse negationem  
alterius ulterius extensionis in corpore: in  
per substantiam negamus, rem esse in alio,  
ut imperfectioris, aut esse jure alieni, id vero  
asserimus, personam per substantiam in se  
sistere, esse sui juris, esse integrum agendi  
principium.

160. Minime tamen fide sanctum est,  
substantiam esse quid positivum naturae

expressad.

76.  
superadditum, id enim nunquam fuit defini-  
tum, et contrarium magna pars Theologorum,  
et Philosophorum defendit. Scotus namque sub  
substantiam nihil esse putat, nisi negationem,  
tum actuali, tum essentiali dependentia  
ab alio, tanquam à supposito. In idem fere re-  
citat sententia clarissimi Dubamel, quam te-  
net Edmundus Pirehot; contrarium tamen de-  
ferunt communiter Thomista, et Jesuita, quo-  
rum alij substantiam cum existentia natu-  
ra superaddita identificant, alij in modo positivi-  
vo, eam, à natura unitatiue distincto, ita esse  
re, arbitrantur. Primam sententiam utpotè veri-  
similiorem, et doctrinam Sanctorum Patrum unfor-  
miorem, amplectemur, quae paulo fusiùs est  
stabilienda.

### Nostri assertio. § 35

164. Substantia creata non est entitas  
naturae superaddita. Prob. Substantiae nomi-  
ne nihil aliud intelligitur, quam ultimum sub-  
stantiae complementum, quo substantia fit un-  
guis, ac totum, et integrum unarum functionum,  
aut



96.

sunt proprieatum principium; sed substantia  
fit unum quod, ac totum, et integrum suorum pro-  
prietatum principium absque additione nouae  
entitatis naturae superadditae; ergo. Probo min.  
substantia fit unum quod, ac totum, et integrum  
suorum proprietatum principium per hoc praevise,  
quod alteri non mancipetur intra proprios limi-  
tes, coexeat, non sit quod aliud, non ornatur  
perfectio, sed per hoc praevise nulla entitas de  
novo spiritus superadditur; ergo.

162. Hinc effectus substantiae est complere,  
et terminare naturam, eo fere modo, quo figura  
complet, et terminat quantitatem, ne ultra pro-  
grediat, atque ut figura quantitati nihil ad-  
dit, praeter negationem ulterius extensionis ac-  
cidentalis, ita substantia addit tantummodo  
~~et~~ negationem ulterius extensionis substantia-  
lis; adeo ut substantia sic terminata sit primum  
unum integrum, et singulare suorum operationum,  
et sicut novae quantitatis additione fit nova figu-  
ra, absque quantitate detracta, sic natura  
humana ex conjunctione cum alio perfectio, pro-  
prium amitteret substantiam.

Hoc

163. Hoc confirmare videtur S. Thomas  
 in 2. p. q. 3. art. 2. ubi inquit: non quodlibet indi-  
 viduum in genere substantia, etiam in rationali  
 ubi natura, habet rationem personae, sed solum  
 illud, quod per se existit, non autem illud, quod  
 existit alio perfectione; unde magis Socra-  
 tes, quamvis sit quoddam individuum, non  
 tamen est persona; quia non per se existit, sed  
 in quodam perfectione subsistit in suo toto.  
 Item q. 2. art. 2. ubi ait: Dicendum, quod natura  
 humana non est propria personae propter  
 defectum aliquum, quod ad perfectionem  
 naturae humanae pertineat, sed propter defec-  
 tum aliquum, quod est supra naturam huma-  
 nam, quod est unum ad personam divinam.

164. Prob. 2. com. 2. non aliunde nobis  
 innotescit substantia a natura divinitus,  
 quam ex mysterio sanctissime Trinitatis,  
 et incarnationis; sed ea commode explicari pos-  
 sunt absque entitate naturae imperadita, ergo  
 substantia non consistit in huiusmodi enti-  
 tate: non sunt quippe multae plura entita-  
 te sine necessitate. Max. patet, nam in San-  
 ctis



tunc in maiestate statui non possunt tunc  
 sub silentio se verè, et quoad entitatem à na-  
 tura divina distincta, aliò quàm esset in Deo  
 quaternitas, cum sit tantum trinitas secundum  
 fidem catholicam.

165. **I**n Mystero quoque Inuermationis  
 facile intelligimus, naturam humanam, non  
 per se ipsam, sed per Verbi personam sub-  
 sistere, cum ea non sit principium totale, et inter-  
 gnum suarum operationum, sed cum altera per se  
 trina sit unita, ut aqua iuncta cum Oceano. Ita  
 Sancti Patres, ut Mysteriorum Inuermationis ex-  
 plicent, modum aliquem, vel entitatem naturalem  
 humane deesse tradunt, sed unam tantum  
 hypostatice meminerunt, ac subinde docent: mi-  
 nus lumen majorem cedere, ex quo totum splendor  
 divinitatis se infundit in carne humanitatis.

166. Hinc Patres notent Anselmus libris de  
 Inuermatione Verbi cap. 5. non ex alio committit  
 in Christo Domino, unam esse personam, nisi  
 si, quia natura humana non est integrum, et  
 adaequatum suarum affectionum, et operationum  
 prin-

proprium, siue quia Verbum habet eandem  
 proprietatem collectionem, cum a sumpto homine:  
 et Petrus, inquit, et Paulus non est eadem proprie-  
 tatem collectionis, et Petrus non dicitur Paulus, nec  
 Paulus Petrus; cum Verbum caro factum est,  
 naturam assumpsit, quae sola nomine hominis  
 significatur, et semper est alia à divina na-  
 tura; non aliam assumpsit personam, quoni-  
 am eandem habet cum assumpto homine pro-  
 prietatem collectionis.

167. Prob. textus: Verbum deum  
 naturam humanam assumpsit, ut quiddam est  
 in homine perfectissime assumpsit. nam, ut ait  
 Apostolus, quarto ad Hebraeos: factus est mi-  
 ser per omnia similes abque peccato; sed si  
 ratio personae est quid positivum à natura  
 distinctum, Apostolus hanc perfectionem ex-  
 cepisset, cum peccatum ipsum exipit; ergo  
 ratio personae humanae, quam Christus  
 non assumpsit, non est quid positivum. Con-  
 firmat: cum creatura inferior sua exstitit, aut  
 oppositae, aut personae ratione, non existens  
 sibi propria, non modo substantiale non est  
 ali.



aliqua expositura, sed jure solunt, et totalitate,  
qua se existit, et per se existit. Sic componitur nihil  
decedit accessu unius rationalis, non constituit  
tamen amplius supportum, cum non per se existit  
tot, sed in alio; sed totalitas nihil positivam  
naturam distinctum superaddit; ergo.

168. Hinc Augustinus sermone octavo  
de verbis Apertori de Christo loquens ait:  
nihil minus habebat in natura, sed nihil habebat  
in culpa. Natura pura, sed non sola in mari-  
ma: ibi erat Deus, ibi erat Verbum Dei; et sunt  
ita unus homo, anima eius, et caro; sic et ille unus  
Christus, Deus, et homo. Cuius legitur hic solus  
demittitur peccatum, et rex aliqua, et existenti-  
tia demenda. Assumpta est a Verbo natura  
singularem, et individua cum plurimum demenda  
dum est existentia. Iudicium demenda et unum mess-  
dando Christum, agebat Tertullianus. Legitur  
persona humana, et deo Christo deest, et nihil  
hominis deest, quia natura tota est, sed non sola.

169. Nihil legitur minus habet, quam cetera  
hominis, Christus homo, sed plurimum quam cetera  
te

§II

tari homines, personalem scilicet deitatis con-  
pulsam. Personam non habet humanam, quia  
natura eius rationalis non sola, nec consumitur,  
et per se existit, non summum tenet in composi-  
to locum, sed accedit superiori, in illius ius et  
potestatem transit: nulla legitur se carere, nec  
desit illi aliquid, sed abundat. Guta, si per se  
et voluntaria existeret, nec accederet Oceano, uti  
que esset supportum; ubi accedit Oceano gu-  
ta, nihil dependit, et tamen iam non est suppo-  
situm, sed transit in ius alterius.

No. Cum legitur plures naturas in unum  
coalescere, inferior accedit superiori, et in illius  
ius transit, exbitur. Natura non consumitur  
naturam, sed persona personam. Nam ius, et  
auctoritas inferior consumitur ab auctori-  
tate superiori. Ius vero illud non est quid, exi-  
tans, et morale, sed continuum, et proprium,  
quod oritur ab ultima infusione, et per me-  
tatione naturae superiori in naturam infe-  
riorem. Persona quippe est natura ipsa, ut  
se ipsam habens, et suo iure agens, ut nulli  
al.



87.  
alteri adiecta, ut seorsum, et per se consistens:  
que omnia nihil entitatis nova, sed potestas  
tam in se substantialis important.

171. Alia substantia non aliud p<sup>r</sup>mi-  
cē a natura dicitur in suo intellectu com-  
prehendit, præter eundem naturæ terminatō-  
nem, et complementum: terminum autem il-  
le non est quid aliud positum naturæ repen-  
ditur; cum res terminata non addat aliud  
terminum, quam quod ulterius non progredi-  
atur. Suppositum autem in actu naturam  
includit, quæ ulterius non progreditur, et ne-  
gationem in obliquo. Hæc fere res dicitur nega-  
tione in Sicuti, personam nempe esse, quæ non  
accedit alteri, non inest perfectiori, non est par  
ali, alterius, non est pars, et veluti membrum  
alterius, quæ omnia verba affirmantibus  
describi possunt.

### Solvuntur argumenta.

§. 4.<sup>o</sup>

172. Obijciunt p<sup>r</sup>imo: Verbum divinum  
secundum Sanctos Patres assumptum naturam

humana.

humanam, et consumpsit personam; sed si per-  
 sonalitas, seu substantia foret negatio, non  
 entitas positiva, consumi non potuit; ergo.  
 Disting. may. quoad secundam partem consumi  
 sit personam improprie loquendo, quatenus  
 efficit, ne natura humana esset primum  
 totum, et intermedium operationum Christi  
 con.: consumpsit proprie, adesse et entitatem al-  
 quam naturae superadditam destruxerit ne-  
 go may. et sic distincta min. nego conseq. Quom-  
 admodum aqua gutta in Oceanum injecta  
 suam totalitatem perdit, quamvis nullam  
 entitatem positivam amittat; sic humanitas  
 Christi non destructione aliqua, sed coipro,  
 quod non seorsum, seu Verbi persona substi-  
 tat, propriam non habet substantiam, hoc  
 est, non habet rationem primum per totam suam  
 operationum.

173 Objece. secundo: si substantia non  
 nihil aliud est, quam negatio, non minus Ver-  
 bum divinum amittit propriam substantiam,  
 quam humanitas suam; sed hoc est falsum; ex-  
 go



3o. Prob<sup>o</sup> may. Verbum d<sup>i</sup>u<sup>m</sup> i<sup>n</sup>ta<sup>m</sup> hu-  
 manitati, nec amplius fuit p<sup>r</sup>incipium in-  
 tegrum suarum operationum, ergo. Respo<sup>o</sup> antec:  
 natura emm humana unita est Verbo tanquam  
 nobiliori, ut gutta iungitur Oceano, tanquam  
 praestantiori. Unde quemadmodum gutta non  
 vix Oceanum rationem totum committit, sic  
 natura humana, non autem Verbum d<sup>i</sup>u<sup>m</sup>  
 caret propria substantia in Christo. Im-  
 pe Verbum d<sup>i</sup>u<sup>m</sup> post unionem hyposta-  
 ticam remanet adhuc p<sup>r</sup>incipium totum mo-  
 rum attributorum rationalium, puta, gene-  
 ratum a Patre, producit Spiritum sanctum,  
 &c. Humanitas vero non est p<sup>r</sup>incipium  
 integrum actionum humanarum, nam ac-  
 tiones sunt suppositivae, et actiones Chris-  
 ti non humanae tantum erant, sed theandricae.

¶ Obijer<sup>o</sup> tertio: Hestonius affir-  
 mabat in Christo esse personam humanam,  
 sed non negabat unionem humanitati cum  
 Verbo; ergo ratio personae humanae non con-  
 trahit in coexistentia huiusmodi unioni. Hinc  
 firmo.

frustra laborassent sancti Patres, ut  
 Nestorium convincerent duas admittentes  
 in Christo personas. Facile quippe demon-  
 strare poterunt in Christo non esse carnis  
 etiam unionem humanitatis cum Verbo. =  
 Comeva mag. dicit in g. m. n. non negabat unionem  
 substantialem nego: unionem, quam ac-  
 cidentalem dicebat com. m. n. et nego coniecit  
 Nestorium unionem substantialem inter  
 Verbum divinum, et humanitatem non admi-  
 tebat, sed tantum accidentalem, ut colligitur  
 ex S. Thoma 3 p. q. 2. art. 6. per quam unionem  
 affirmabat, Verbum habitare in homi-  
 ne, et hominem esse Verbi instrumentum,  
 nec agnoscebat in Christo unicum, ac tota-  
 le operativum principium.

115. Ecclesia autem catholica naturam  
 humanam cum Verbo divino in unitate per-  
 sone, sic in Christo Domino conjunctam esse  
 definiuit, ut utraque natura, divina inmi-  
 num, et humana maneret incorrupta, et idem  
 suppositum esset Deus, et homo. In hoc legitur  
 mag.



maximè sita erat Nestorij haere<sup>is</sup>, quod ne-  
garet hypotaticam, sive personalem, quae sub-  
stantialis est, intercedere unionem inter Verbum  
divinum, et naturam humanam, quodque natura  
humana à Verbo avulsam, totale esse suum  
operativum principium, contendit. Unde duas in  
Christo personas pertinacè animo defendebat.

¶ 176. Iuxta, ut dicitur intelligat obversa, triplex  
esse unionis genus: alia dicitur accidentalis, qua  
duo sic ununtur, ut non efficiant aliquod suppo-  
situm, arguendi<sup>teat</sup> unio vestri cum homine. Alia  
dicitur hypotatica, seu personalis, quae substan-  
tialis est, qua duae naturae in unum suppositum  
ununtur, ut Verbum divinum, et natura huma-  
na in Christo Domino. Tertia est essentialis,  
qua duae partes inter se uniu<sup>er</sup> ex instituto na-  
turae postulant. Unio autem naturae humanae  
cum Verbo divino in Christo non est acciden-  
talis per inhabitationem Verbi, aut unitatem  
affectus, aut per operationem, quasi homo in  
Christo solum sit Verbi instrumentum, ut som-  
niabat Nestorius.

item

177. **I**tem nec est essentialis, non enim ex utraque natura, divina nempe, et humana natura una coalescit, ut somniantur semi-Euthyquiriani, qui nec mutationem unius naturae in alteram, nec confusionem admittiebant, sed utraque in unam coalescere fingebant, ut anima, et corpus in hominem. Est autem hypostasis, seu personalis, quae substantialis, et propria est, qua humanitas unita est verbo in unitate personae.

178. **S**i autem quaeratur quomodo illa unio substantialis facta sit? Resp. Aug. verb. ep. 3<sup>a</sup>. nihil autem quiddam addit sibi rationem flagitant, nequomodo Deus hominem permixtus sit, ut una fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit: quare ipse sibi rationem reddant de re, quae quae ut dicitur fit, quomodo miscetur anima corpori, ut hominem sit. Ita in unitate personae Deus unitur homini, ut Christus sit.

179. **O**bjicitur quarto: natura humana in Christo aliquid positivum amiserit; sed amiserit personam creatam; ergo. Prob. maj: si natura humana in Christo nihil positivum amiserit, certe non  
Christus.



Christo esset persona creata; sed non est; ergo.

Prob. maj: si natura humana nihil positivum amittet, in Christo esset omne id, quod est in alio homine, Adamo scilicet praeter peccatum; sed in Adamo est persona creata; ergo. Disting. maj: ultimam syllogismi: esset quoad entitatem omne id, quod est in alio homine com: quoad connotationem nego maj. et com: et m:n. nego conseq.

180. Itaque sicut aqua gutta in Oceanum injecta, eadem remanet, quantum ad suam entitatem, ita in Christo remanet omne id, quod homo est quoad entitatem; sed quemadmodum aqua gutta in Oceanum injecta non habet veram ita rationem totam, sed partem, tum non ut amplius natura humana in Christo non habet personam, rationem suam, nec totum operationum principium.

181. Rep. <sup>sed</sup> neguit deficere Christo Domino persona creata, quoniam ipse deficiat aliqua entitas; ergo nulla est solutio. Prob. m:n. ubi persona creata deficit perfectio; sed perfectio neguit deficere, quoniam deficiat aliqua entitas; ergo. Nego m:n. ad prob. com: et maj. Disting. m:n. perfectio neguit deficere quoad entitatem, quoniam <sup>est</sup> com: formaliter, et quo-

80.

quoad denominationem nego min. et conseq. Ratio  
in persona utique perfectionem dicit, nempe esse  
sui juris, esse totum, et integrum operationum  
principium, quae omnia, licet non possint defini-  
ri entitati, nisi defectu alterius entitatis, de-  
ficiunt tamen natura humana in Christo, non  
detractione aliqua, sed ratione unius hypostati-  
ca ad Verbum, ut cuius entitas, quae se sola esset  
adeguatum operationum principium, talis non sit,  
nec sui juris, ut transeat in jus alterius.

182. **I**nister: ergo saltem in aliquo sensu  
in Christo est persona creata. Nego conseq. perso-  
na quilibet nomen connotationem includit, nec con-  
venit omni naturae rationali; sed tantum, quae  
non hypostaticae, sed personaliter nobis dicit unita,  
licet quae suos actus connotat, tanquam eum  
principium totum, et integrum: natura autem  
humana in Christo non est huiusmodi, ut abunde  
est explicatum, quare in ipso non est persona crea-  
ta.

183. **I**nringit: ergo natura humana Chri-  
sti Dominum deficit hoc, quod est sui juris, et totum  
operationum principium; sed hoc est aliquis positum;  
ergo. Jam fuit responsum: licet tamen  
con.



50.

consequi defectu quoad entitatem nego: formaliter, et quoad denominationem subdistingui: ex defectu rectori nego: ex defectu connotati com. conseq. licet in Christo remaneat tota entitas naturae humanae, omnique portio hominis perfectio, non tamen est sui generis, ut quia haec denominationes non habet natura independentem a connotato extrinseco, nempe essentiali unum personarum ad alterum nobilitatem. Doctrinam hanc, quae per magnam est usum ad plures in Sacra Theologia difficultates emendanda, philosophiamque a pluribus entitatibus levandam, in ratione collationis, ubi de relatione fuerit sermo, exponemus.

184. Obiicitur quinto: si natura humana in Christo non deest aliquid positivum, nihil defectu, quomodo persona dea queat, ergo. Prob. antec: natura humana in Christo est liberissima, et sui generis: item est individualis, et singularis, ergo. Nego antec. ad prob. distingui. antec. quoad primum partem: est sui generis, et liberissima parte nomine, sive ut natura, quae non est principium totale suarum operationum com. in ratione totius nego. Non enim, ut saepe diximus, ea est status

argen-

**II.**  
argenti<sup>?</sup> p<sup>r</sup>incipium. Item dicitur long. secundam  
antecedentem partem: est singularis, et indub.  
dua logicè con: p<sup>r</sup>incipiè nego. Et itaque indub.  
dua logicè, cum de nullis non procedetur: non  
tamen est indub.<sup>?</sup> dua p<sup>r</sup>incipiè, cum in alio perfec-  
tior<sup>?</sup> existat, nec sola operetur.

185. Obiicitur sexto: substantia Verbi per  
unionem suplet in humanitate minus sub-  
stantia creata; sed in humanitate requirit supple-  
ri per unionem minus carentia unionis; ergo  
substantia creata non consistit in huiusmodi  
carentia. — Dicitur long. mag: suplet in humanita-  
te minus creata substantia, quatenus illam  
efficit subsistere in Verbo con: quatenus illam  
efficit subsistere in se sola nego suppositum,  
et dicitur long. min: requirit suppleri in humanitate  
per unionem minus carentia unionis denom-  
mando humanitatem non unitam, seu in se sola  
subsistentem con: denommando humanitatem  
personaliter unitam, et in Verbo subsistentem  
nego min. et con nego.

186. Substantia Verbi eadem supplet sub-  
stantiam creatam in humanitate, quatenus illam



182.  
tam efficit subsistere non esse sola, sed in Ver-  
bo, et quatenus illam terminat, et complet, adeo  
ut natura humana in Christo Domino comple-  
ri amplius non possit. Unde natura humana  
ex tali conjunctione cum Verbo profertur, plus  
neque ipsi accedunt praenogativa, quae in voce  
negatione non est. Inertius. *Ita enim fit, ut*  
homo sit Deus, et Deus homo.

187. Obiicitur septimo: interduo entia com-  
pleta non potest esse unio substantialis; sed nat-  
tura humana est quid completum, si subsistentia  
ita nihil addat naturae, nisi negationem; ergo  
inter Verbum deum, et naturam humanam  
non potest esse unio substantialis, si subsistentia  
solum addat naturae negationem. *De istis:*  
may: completa tam in ratione naturae, quam  
in ratione suppositi, in persona conueniunt  
ex illis sit tantum completum in ratione naturae  
nego may. et de istis. *may: natura humana, quae*  
est principium totum in actione operatiuum con-  
ueniunt tam in ratione naturae, quam in  
ratione suppositi: est quid completum in ratione  
naturae conueniunt: in ratione personae nego may. et conueniunt.  
Natu-

83.

Natura enim humana in Christo est tantum completa in ratione nature, non in ratione persona per se, ut non sit principium totum, et integrum suorum operationum, in quo ratio persona consistit, ut abunde est explicatum.

De accidenti. § 3.

188. Accidenti nomine nihil aliud intelligi solet, quam id, quod est extra rem essentialem, quodque accidenti logicum jure appellatur, verum id, quod ita inest substantiæ, ut per se non subsistat, sed inhereat tantummodo; idque accidenti proprium vocatur. Sic forma materialis in subiecto recipitur, ut jam inveniatur, sed in eo subsistit, ut pars ~~substantiæ~~ totius, et per se dat esse; non item forma accidentalis, que nec subiecti, nec totius partem datur, nec dat esse nisi, sed tantum esse, aut quantum, aut quale, quod esse secundum quid appellatur.

189. Hinc accidenti definitur esse in alio, hoc est esse naturaliter impotens existere sine subiecto, id est esse naturaliter exigens inherere alteri.



24.

Unde inherentiā. ex fere modo competiti acci-  
denti, quo peccatatem conveniæ substantiæ  
jam diximus: ex quo liquet, divisionem entis  
creati in substantiam, et accidentem esse adæqua-  
tam. Accidentis divisionem in logica dedimus,  
cum de accidenti quinto predicabili egimus. Sed  
illud nunc discutimus, utrum dentur hujusmodi  
accidentia. Sit ergo-

### Quæstio unica

Utium dentur accidentia  
aboluta ab omni substan-  
tia entitativè dis-  
tincta.

Do. Recentiores Philosophi nullum ali-  
ud propriè entis genus, præter substantiam,  
admittunt, præterque apud ipsos synonyma sunt  
hæ voces: ens, res, substantia. Nam, licet fate-  
antur, quamplures esse modos qui substantiam  
modificant, nullam tamen entitatem à substan-  
tiâ distinctam ipsi concedunt. Aserunt enim

25.

enim esse id, quod per se subsistit, ut Angelus,  
homo, lapis. Modum autem non ens, sed entis affec-  
tionem appellavit, quae nullatenus sine subiecto  
esse potest, ut figura, vel motus in corpore, quae  
modi apud ipsos nullam rebus ipsius entitatem  
superadditam, sed diversos tantum rerum status  
designant.

101.

Ex adverso Philosophi omnes contra  
communem recentiorum Philosophorum senti-  
entiam, existimant praeter ejusmodi modos ab ipsa  
substantia entitate realiter solum, non entita-  
tive distinctos, accidentia alia admittit sponte-  
ne, non realiter solum, sed etiam entitative dis-  
tincta, quorum alia ab <sup>illa</sup> ~~substantia~~ divina potentia  
separari possunt, et separata existere,  
vel conservari, alia vero nulla potentia a sub-  
stantia ipsa separari queant, quae modi appella-  
ri solent. Sententia haec veritatis probabilis est  
amplectenda.

Notitia advertitio.

S. 4.

102. Praeter modos dantur accidentia quae-  
dam ab omni substantia entitative distincta.

Pro



96.  
Prob<sup>o</sup>: Modus dicitur sine quo res esse potest,  
at non vlc<sup>o</sup> s<sup>o</sup>m; sed dicitur accidentia, quae sine  
re subjecto dicitur esse possunt; ergo. Probo  
m<sup>o</sup>: In sacro sacro Altari Sacramento ma-  
nent panis, et vlc<sup>o</sup> accidentia, ipsa panis, et vlc<sup>o</sup>  
substantia non superstitit; ergo dantur accidentia,  
quae sine subjecto dicitur esse possunt.

103. Prob<sup>o</sup>: secundo: gratia habitualis est vera  
entitas supernaturalis ab anima entitativa dis-  
tincta; sed non est substantia; ergo accidens; dan-  
tur ergo accidentia absoluta ab omni substan-  
tia distincta. Probo mag<sup>o</sup>: postea m<sup>o</sup>: probaturus:  
quidquid realiter perfectio est, realiter est entitas;  
sed gratia habitualis est realiter perfectio ab ani-  
ma entitativa distincta: est enim imitatio di-  
vine sanctitatis, et participatio divina natu-  
rae, juxta illud sacra pinguis margarita, et pretio-  
sa nobis promissa de nosit, ut per hoc effluam<sup>o</sup>:  
m<sup>o</sup> divinae consorte naturae; ergo. Prob<sup>o</sup>: jam m<sup>o</sup>.  
pr<sup>o</sup> m<sup>o</sup> syllog<sup>o</sup> m<sup>o</sup>: omnis substantia immateria-  
lis est intellectiva ut quod, ut probant commu-  
nter Theolog<sup>o</sup> cum S. Thoma; sed gratia non est

intel.

intellectiva; ut quod; ergo non est substantia

104. Prob. tertio: actus fidei, operis, et charitatis non sunt substantia, cum per se non existant, sicut accidentibus advenantibus; sed ab anima entitativè distinguuntur; sunt ergo accidentia, sive modi ab omni substantia entitativè distincti. Probo min: actus fidei, operis, et charitatis sunt vere realitates animarum perfectiores; ergo ab anima entitativè distinguuntur.

### Solvuntur argumenta.

#### S. 5.

105. Obj. 1. primo: si darentur accidentia absoluta propriè habente verè; sed non habent: non enim sunt ens, sed entis, nec propriè fiunt, aut produuntur. <sup>ergo</sup> Ergo min. et implicatam prob. disting: non sunt ens, hoc est, in se non subsistentur vere: non habent suam naturam, et existentiam sibi propriam nego. Fatemur, accidentia esse, veritè appendicem substantiæ, ac sine illa naturalitèr non posse existere, nec esse, fieri, aut produci ut quod, hoc est, ut id, quod per se volum naturalitèr sit, sed duntaxat ut quo aliquid est



est in aliqua linea accidentali. Verum hoc non  
sequitur, accidens non esse quidam substantia  
tractum.

106. Obiicitur secundo: si accidens a substan-  
tia distingueretur propriam haberet entitatem;  
sed non habet; ergo. Prob. min.: si accidens proprie-  
tam haberet entitatem in se existeret; sed non exis-  
tit; ergo. Prob. min.: accidens non subsistit in se; ergo  
non existit in se: cum subsistere nihil aliud sit, quam  
in se existere. Resp. negando ultimam consequentiam. Ac-  
cidens quippe, cum habeat suam essentiam, suam  
quoque habet existentiam, sed non idcirco subsistit,  
cum subiecto alium inhaereat.

107. Obiicitur tertio: non potest explicari pro-  
ductio,eductio, et materialitas accidentium; ergo  
non sunt accidentia a materia distincta. Res-  
pondeo, materialitatem accidentium consistere in  
dependentia communi a materia, aut unionem cum mate-  
ria, sicut regnum distinctum calidum ab unionem cum  
calore. Circa communem productionem dicimus, alia fieri  
se simul producta cum substantia, ut quantitas a se;  
alia vero a substantia profluere, ut calor ab igne,  
aut seduci ex potentia subiecti: naturalia quidem  
ex potentia naturali, spiritualia vero ex potentia obediencia.

Et

99.

108. Et haec sunt argumenta, quae accidentia  
 abstracta à substantia entitativè determinata non  
 verè in oppugnant. Cetera, quae tantum acciden-  
 tia aliqua particularia eventare tentant, omittè-  
 rimus: id enim hic tantum interdum, aliqua sal-  
 tem abstracta accidentia ab omni substantia divi-  
 timela admittè oportere: nullum enim accidenti-  
 vè contra adictionem involvit, et aliunde, ea de faci-  
 to dant, vati, ut opinor, argumenta supra allata  
 voluerunt, et, licet non negem, vati probabili som-  
 ptione in occurrè ex Metaphysicorum doctrina  
 posse, nulla tamen est, quae magna difficultate  
 non patitur.

## Caput VI

### De corpore, et spiritu.

109. Quid corporei, vel incorporei entis, Idea,  
 vel nomine designet, quove discernimè, vel caracte-  
 re distingui possit, an ens aliquod corporeum, vel  
 incorporeum censeri debeat, in quo minimum corpo-  
 reum, ac spirituum natura posita sit, nunc exponemus,  
 cum praesentem ex huiusmodi cognitione ab-

vix-



substantia quaedam sententia repellenda est. Iudicium  
vero longe facilius est componere quam spiritus  
cognitio, primum de corpore, deinde de spiritu  
brevisime differetur.

## De Corpore. S.V.

200. Corpus vocatur illa substantia, in  
qua tria dimensio, longitudo scilicet, latitudo, at-  
que profunditas, reperitur, plurimaeque alia affec-  
tione obiectantur, ut cognitas, duritas, fluiditas,  
ceteraque qualitates, quae sensibus percipi possunt,  
praesentem vero impenetrabilitatem, qua corpus unum  
ita alteri resistit, ut ab ipso penetrari non possit,  
et a suis locis excludat quodcumque aliud in se ipsum,  
quod extensum, corporeumve sit.

201. Haec omnes qualitates, siue affectione  
ita proprie sunt substantia corporea, ut spiritus ex-  
clusis, nulla ferè nobis appareat ratio recessiva  
non solum à spirituali substantia, verum etiam  
à quolibet accidenti. Unde etiam in philosophia  
hinc sensibus notari, quam corpus; nam sicut  
ait magister Ambrosius in libro 10. commentariorum  
Lucam: quod tangitur corpus est, quod palpatur  
ceterum

101.

corpore est, nihil fere occultum mentibus nostris,  
quam spiritum. Cum enim nobis regulam tenere con-  
cessum ab auctore Deo non sit cognoscere quid sit  
virtute rerum, nisi in affectibus, et proprietari-  
tibus suis, patet cuilibet sensu ad rem esse hanc  
ideam componi iuxta quantitates ex prædictis  
affectibus propriis, et specificis spiritus.

102. Insuper nihil mirandum, quod in  
hac controversia, ita dixerit Antiquus, ut  
recte deo de spira possit: quod homines, tot senten-  
tia. No, tamen brevitate consentiens, omnia  
minime præcipue pauca referemus. Ceterum  
cum suis sequantibus quiddam componi in  
nullo alio possit, quam in extensione actuali vel  
longiori, latiori, et profundiori, per hanc immo, ut  
ipse sentit, consistit substantia corporea in  
aliqua relatione ad subiectum, cui inhaerent, quod  
quidem non accidit motui, figurae, ceterisque  
componi accidentibus, siue modis. Quippe motus,  
figura, ceterique modi ad corpus, tamquam ad  
subiectum referuntur, in eo recipiuntur, et ab ipso separari  
non posse intelliguntur.

103. Haec idea corporis, tamquam substantia  
extensa, in longiori, latiori, et profundiori, pro ve-  
quid



sequitur laudatus Author, ceteris voluminibus  
 huiusmodi suppeditat argumentum distinguendi mens-  
 tem à corpore in substantia non quæ extensæ  
 sive in extensione solida invenimus. Dum taxat  
 divisibilitatem, figuram, ritum, motum, et quæ-  
 tem, minime verò cogitationem propriam solius  
 substantiæ spirituales. Hæc sententia plausibili-  
Respondetur negando, conseq: materia enim essentiali secum immutatur per formam, quoad existit, et forma per materiam, in qua recipitur. Dicitur tertio: homo, cum generat hominem, non efficit materiam, nec formam; ergo unum non ab ipso distinctum. Respondetur, generantem efflicere compositum, quod enim efficit, ut materia sit apta forme existendi.

309. Quare tertio: an compositum substantiale realiter distinguatur à partibus simul sumptis, et uniter, consistatque essentiali entitate absoluta materia, et forme uniter superaddita, ut tenent Scotista? Res. negativè. Probatur: compositum est unum constans materia, et forma uniter; sed unum constans materia, et forma uniter realiter ab ipso non distinguitur; ergo. Probo min: nihil distinguitur realiter à sua essentia; sed de essentia unius constantis materia, et forme uniter sunt materia, et forma uniter; ergo. Conclam: tertio illa entitas partibus superaddita non est simplex; unum sit compo-





ta est unum constitutum sunt aut una pars totius; licet eorum quolibet constituat totum.

402. Responsum: totum est adequate causatum ex his rebus; ergo est aliqua causa inter res secundae aequata, à qua causatur, quae negat alia esse, quando partes simul sumptae. Nemo coniecit. Nam esse adequate causatum est inter res replecat esse constitutum ex multis partibus, ita ut nulla necessanda de vit. Unde sicut respicitur pars adequate, sive quae totum adaequat, ita respicitur causa inter res replecat totaliter.

403. Dicitur secundo: multa verificantur de composito, quae non verificantur de partibus, etiam collectivè sumptis; nam compositum est unum, continens, includens, constitutum, agit, et recipit accidentia ut quod; partes vero è contrariis sunt plures, contentae, exclusae, et constitutae, non agunt, nec recipiunt ut quod accidentia. Respondeo, quod ista praedicatorum varietas referenda est ad partes si tributivè sumptae: si enim collectivè sumantur, sunt ipsum compositum, adeoque suscipiunt praedicta omnia, quae de composito verificantur.

## De causa finali S. D.

404. Primum definitur ab Aristotele: *ad unum gratia*

gratia aliquis sit. Res autem illa, quae ab agente  
 te praecognoscitur, ut in se bona, atque ita praed  
 cognita movet agentem ad operandum, illud excitam  
 do, alliciendo, ac veluti inlicitando causa finalis de-  
 clatur. Finis communiter in finem cuius gratia,  
 et in finem cui delectari solet. Finis ille, qui ab ope-  
 rante ne cogitur, et cogitur, delectatur finis  
 cuius gratia, sive finis qui; illa vero substantia,  
 seu subjectum, cui praeiatur, finis qui, et in  
 cuius utilitatem cogitur, delectatur finis cui.

Exempli gratia: finis, cuius gratia medius ope-  
 ratur est sanitas acquirenda; finis vero, cui sanita-  
 tas inquitur est ergo, qui sanari debet.

§ 5. Dividitur etiam finis in finem ope-  
 rantis, et finem operantis: finis operantis est ille,  
 ad quem opus operantis ex natura propria, inde-  
 pendenter ab operantis arbitrio dirigatur, ut  
 medicina finis est sanitas acquirenda ab  
 ergo; finis vero operantis est ille, qui ab  
 operantis arbitrio, seu voluntate dirigatur:  
 unde pro varia operantis voluntate varius  
 esse potest, ut medicina finis potest esse sanitas,  
 aut gloria ipsa, quam medendo consequi velit.  
 Atque deinde, donec affinis est delectatio illa, quod  
 finis delectatur in istis, et extant  
 secundum.



406 **I**tem finis duplex est, obiectivus nempe, et formalis, ille nihil est aliud, nisi ne ipsa, quam vis equi voluntur ut pecunia est finis obiectivus, alius vel finitio est finis formalis, ut potestis pecunia: finis iste finis quae vulgo appellatur, est quippe actio ipsa, qua fine expetito fruimur. Ultimus, ut alia divisione minus limitat, praeferat, dicitur finis ad finem proximum, sive immediatum, et finem ultimum, sive remotum. Proximus, et immediatus est ille, qui ita propter se expetitur, ut in eo constat intentio agentis, sed ad ultimum finem progreditur; finis ultimus, aut remotus est, in quo tandem desinit operantis intentio.

407. Sic elemosina, ut ad finem proximum ad pauperem levandum ordinatur; quod si ipsi non egent levandum delegatur, ipsa dei gloria erit finis ultimus respectu elemosinae. Observe, quod, si in ordine ad unum finem plura media eligantur alicuius subalternata, quorum nullum amittitur propter se, nullum eorum erit proprius finis, nec proximus, nec remotus, saltem respectu operantis,

unus

cum finis proprius sit animal propter se,  
 id est, ob ~~rationem~~ meritum propria boni-  
 tatis, sive vere, sive apparentis; sicut proprie-  
 tum est medicum amare propter alium, id est, quia  
 praese utile, et conducens ad alium asequendum.

408 Cum finis causam effectivam ad ope-  
 randum moveat per suam bonitatem, bonitas  
 ipsa, sive vera, sive tantum apparentis, veluti ac-  
 tuus primus causa finalis, sive ut alij loquuntur,  
 finalizatio in actu primo haberi debet, id est, ut  
 ratio movendi, et attrahendi voluntatem ad am-  
 rem sui, et positionem mediorum, cognitione tan-  
 tum se habente, ut conditione ad augendum requi-  
 sita, sine qua finis voluntatem non allicit. Idem  
 appeti non potest, quod peritum est ignotum. Finali-  
 zatio vero in actu secundo, sive causativa, cau-  
 sa finalis est exercitium spiritus, quo voluntas ac-  
 tualiter attrahitur a bonitate finis. Cum autem  
 voluntas attrahitur a bonitate sit in se, et ferat,  
 causativa finis nihil aliud est, quam actus spi-  
 ritus voluntatis, prout a fine procedens.

409. 1<sup>o</sup> Inve effectus, tum externi, tum exter-  
 ni causa finalis a significatione, quae hoc ordine elu-  
 ci, vident. Primo exercitium in voluntate simplex  
 amor, sive complacentia in bonitate finis a vo-  
 luntate



luntate proposito. Secundo: intentio, seu desiderium  
 assequendi finem; quod si ad inquisitionem, et elec-  
 tionem mediorum determinet, dicitur intentio ef-  
 flicax, inefflicax vero, si non determinat. Tertio:  
 sequitur consultatio, et deliberatio rationis circa  
 ea media opportuna. Quarto: electio mediorum.  
 Quinto: eorum executio. Sexto: assensio finis per  
 media. Septimo: gaudium de fine obtento. Hanc  
 sequentem actionum se ipsa dant, dum eger valentem  
 amat, procurat, et obtinet, facile patebit consideran-  
 ti.

¶ 110. Cum finalis causa non debeat esse re-  
 veriter presentis, nec reveriter existens, ut causet, sed  
 solum per illecebrant suae bonitatis cognitionem  
 proposita voluntatem quoddammodo involvet; tamen  
 inter causas veras, et reale merito numeratur.  
 Est enim id, unde aliquid est, tamquam à seipso;  
 atque actu ipsi vere dicuntur existere propter  
 finem, et gratia finis. Imò ipsa est, quae effectum  
 cum ad assequendum movet, avertit, ac determinat, et  
 qua sublata cessant omnia. Tolle enim finem, cau-  
 sa effectus nihil molietur. Compeatur enim  
 res omnes, dum aliquid efficiunt, propter finem  
 aliquem operari.

III. Inia vero talia et eorum genera distinguuntur, quibus diversus operandi modus convenit, diversam tamen rationem in operando finem illa repleverunt. Alia enim ratione corpora inanimata, alia bruta, alia homines spiritus moventur; quod corpora cognitione omnium, et sensus expertia sunt; bruta vero cognitionem aliquam habere dicuntur; homines vero spirituali, perfectissime cognitione praediti sunt. Unde de diversa ratione finem repleverunt corpora inanimata, bruta, et homines.

III. Cum corpora inanimata cognitione sint destituta, nec finem spirituum cognoscere, nec illum amare, aut alio affectu prosequi possunt; sed solum ingenitum quendam ordinem sibi à Deo impressum exerceant, et exequantur, dicuntur augere propter finem executive, quod impertunt, et constantiam Dei, cui inesse dicuntur, exequantur; quemadmodum sanguis in corpore à sanguinaria dirigatur. Quod melius nota Philosophi contra Empedoclem, et Epicurum varii argumentis demonstraverunt, ex quibus illud duntaxat adnotare sufficit, naturam nempe semper eodem modo, eodemque quovis optimo, et constantissimo operari, suo semper itinere



Et tenere progredi, antequam se, et ratione uncta  
efficiere.

413. Quamobrem illa, quae tam artificiose  
se uncta efficit, et regit, in quo volentiam nulla ars,  
nulla manus, nemo opifex consequi poterit imitando  
non est ex parte rationis, atque ordinis; sed omnia in  
finem unum ordinat, et dirigit. Nam meliora sunt,  
quae natura, quam illa, quae arte perficiuntur. Unde,  
si ea, quae arte non tenent, et sine ratione perficiuntur;  
multo minus, quae natura ipsa; nisi forte Arabie  
videntur pitevi, plus valere in imitando ybhera con-  
servandibus, quam naturam efficiendis.

414. Item nihil minus probabile dici potuit quae-  
am, quod somnavit Obliquus confusa atomorum  
fortuitu, et casu quoddam ea, quae videmus effici.  
Nam si carens mente natura, et coelex sui atomor-  
um tantum valuit, ut haec efficiat; multo quae-  
rum Lactantio, cur facere Coelum <sup>domum sexo</sup> ~~comparatio~~ non  
potuerit? Non igitur, ut optime concludit, tanta re-  
rum magnitudo, tanta dispositio, tanta in servan-  
dis ordinibus, aut in temporibus constantia; aut  
velim potuit sine provido artifice curi, tot saecula  
sine inola potenti constare, aut in perpetuum ob-  
sine perito rectore gubernari. Item, ut fluvius domus  
constitueret, aut horologium ceptus est, et definitur;

243.

non in domo Ibra, aut horologio, sed in arte Ibra: sic plantarunt hortus, et incrementa, et structura animalium, natura opera, non temerè, sed ob certo finem à summo Arte Ibra perficiuntur.

¶ 15. Bruta vero, quae meliorem, longèque perfectiorem naturam sortita sunt, quaeque plurimè ma cogitationis indola praesertim, finem suum aliqua ratione percipiunt, atque finem appetitum respicere dicuntur. Quia vero bruta impetu potius feruntur, atque ab objectis rapiuntur, nec proportionem, ut talem media inter et finem percipiunt, propterea propter finem non operantur. Itaque accedit, quod belluae semper eas, quae sunt eorumdem generis, eodem modo operantur. Nam haec videmus simili modo et moliri cubilia, et muros texere, et educare foetus, nec aperire quatuor apte carula effringunt hexagona, eas alterius figurae unquam effringere.

¶ 16. Porro: cum spiritualis, et perfecta sit, cognoscenda homini indita sit, quia se, ceteraque omnia percipere possit, nemini dubium esse potest, quin homo, sicut et omne ceterum intellectivum propter finem operetur, non executivè volunt, et appetitivè, sed etiam directivè, perfectivè, et in omni modo; quod homo finem cognoscat suum, nec voluit bonitate illius, aut juvenitate quadam aliquid, sed etiam finem, ut finem, sive formaliter



ter animo complectatur, quae illius conversio in  
 media, ac veritatis instrumenta apta esse debeant, quae  
 ratio, et proportio media inter, et finem occurrat,  
 omnino perspicuat, ac demum, quae finis adeptio in  
 utilia sint, erigat, et praescribat, regue ad augendum  
 omnino determinet.

¶ Hinc facile apparet, solum bonum ratio-  
 nem finis habere posse, nec hominem unquam ma-  
 li alicuius amore operari. Cum enim finis appeti-  
 ti debeat a voluntate, quae se quae illius amore exci-  
 tatur, atque ad operationem ipsam avertatur, solum  
 bonum rationem finis habere potest, quod solum  
 voluntati objectum sit. Unde finis non potest, ut  
 aliquis malum appetat, vel mali amore operetur:  
 ¶ nemo enim, ut dixit D. Dionysius, respiciens ma-  
 lum operatur.

¶ Notari tandem hic debet, bonum aliud esse  
 verum, et reale, ut sanitas, scientia, virtus, & Aliud  
 apparet, et imaginarium, ut paradysus, Traxerunt  
 Aliud finis iuxta legem, et conditionem  
 solius naturae, ut comedere, dormire, & Aliud morali  
 in ordine ad mores, et legem, ut jejuniare. Cum  
 igitur de amari voluntatem non nisi bonum ali-  
 quod amare posse, ac veritatis finem sibi constituere,  
 de aliquo extrinsecus generibus intelligi debet, cum ne-  
 vera plenissime voluntas malum aliquod sub spe  
 ac boni sibi propositum amplectatur, et fortiter  
 quando

245.

quandoque ab amore imaginarij boni tractatur,  
quam à vero bono, ut ex re testatur Petrus.

.... Ideas meliores,

proboque deteriora sequor.

## De causa exemplari. S. 10.

¶ 19. Exemplar, et Idea xel facienda proximi

cue solent usurpari, utque id omne ad unum imita-  
tionem, aut similitudinem sit aliquid. Cum enim  
causa effectus intellectiva sit indifferens, ut unum  
potius efficiat, quam alterum, non aliud magis eam  
determinat, quam Idea xel facienda, ad quam tum  
respectat, cum operatur. Est enim, verit regula, quae  
cum imitatur artifex, ne aberrat: est forma ipsa objec-  
tiva, seu cognita, quae operantem dirigat: ex ea effec-  
tus omnino pendet, cum sine exemplari esse non pos-  
sit. Quod exemplar sit vera causa, non loquitur, quod  
sit pars naturae effectus, quia ab ea proficiscitur;  
nam Idea sine ipso opere, quod efficitur, esse non po-  
test, non videtur.

¶ 20. Exemplaris causa satè aptè definitur po-  
test, quae dirigat proximè, et objectivè ad aliquid arguen-  
dum. Nam potentia, quae bene, et male potest opera-  
ri, et à vero aberrare dirigitur ab exemplari, quod  
mente Artificis observatur. Si quod vero sit exem-  
plare



expectari potest, id utique non proxime statificand  
 dirigit, sed illud ipsum, quod mens ubi exaltet, quod  
 percipit, a quo similitudinem operis imitatur. Sed se-  
 cundo nihil aliud est, quam objectum ipsum cognitum  
 cognitione se habente, ut conditio, sine qua exem-  
 plar operis non dirigeret, eo similitudo modo, quo de cau-  
 sa finali jam diximus: non enim exemplar dirigit,  
 nisi cognitum.

44. Et quemadmodum finis movere non  
 potest voluntatem, nisi applicetia quoddam modo  
 per cognitionem, sic exemplar, ut cognitum regit  
 potentiam in agendo, quatenus intellectus in ex-  
 emplari intentus, quasi faciem praesertit potentia  
 motiva, ut id ipsum, quod est in mente, efficiat. In-  
 fluxus huius cause expectari potest vel in actu  
 primo, et est vel directiva; cum videlicet objectum ita  
 in mente exprimitur, ut sit veluti imago operis  
 faciendi: vel in actu secundo, et est ipsa directio  
 potentiae, sive imitatio, qua opus faciendum  
 exemplari imitatur, cum videlicet exem-  
 plar, quasi lineamenta per se  
 operatur, in opus ipsum ve-  
 lutit radicatur.

Expositio motus causa ef-  
ficantis, et multiplex  
illius divisio de-  
claratur.

SW.

422. **I**d in unum restat, ut de causa efficien-  
ti paulo uberius dicere possimus: hoc enim, oia fre-  
quentius venit nomine causa ab absolute dicto. Et  
definitur ab Aristotele: id unum est primum, primum  
apud mutationem, et quietem: est enim effectus  
causa, id est, a quo omnis actus, et actio terminatur  
dependet: atque hoc particula unde, seu a quo, est  
quasi character causa efficien-  
tis, sicut propter  
quod finalis, et ad quod exemplaris, ut jam dicens  
et dicitur motum. Effectus causa dicitur primum  
primum primum mutationem, quod intelligens  
dum est de executione; nam, id intentionem specie-  
terminus, finis primum primum est motus.

423. **V**aria causarum efficien-  
tium genera,  
et specie dicitur sicut solent, quia breviter sicut com-  
plectemur. Itaque causa aliqua est proxima, et im-  
mediata, a qua proxima, et immediate producitur  
effectus, ut filius a patre; aliqua remota, et  
media.



mediata, à qua mediatae solunt effectus esse oati-  
 tua, ut nepos ab avo. Secundo: alia est causa univ-  
 ersalis, quae plurimos effectus etiam ad diversa genera  
 specierum producit, ut Deus, et Sol; alia est particularis  
 localis, quae effectus unius speciei committit. Causas  
 universales dicitur equivoca, sicut et omnis cau-  
 sa, quae effectum à se specie distinctum producit;  
 particularis vero univoca, cum effectum eiusdem  
 speciei, cum se, producat: sic Leo est causa univoca  
 alterius Leonis.

¶ Tertio: causa alia est adequata; Inade-  
 quata, sive partialis alia. Causa adequata est il-  
 la, quae se sola integram producit effectum, ut, si  
 ponitur ab uno homine moveatur, homo illius mo-  
 tus causa totaliter essebitur: Inadequata est ea,  
 à qua solus partialiter dependet effectus, ut sunt  
 duo Cygni cursum trahentes. Duo tamen sunt ob-  
 servanda: primum: quod proprie loquendo solus  
 Deus causa totalis dici potest; quippe qui solus  
 sine interventu alterius causae producere effectum  
 potest. Unde causa solus totaliter dici potest in ali-  
 quo genere particulari. Secundum: quod causa po-  
 test esse adequata quoad virtutem, et inadequate  
 quoad influxum, eo quod, licet virtus habeat  
 effectum se sola producendum, influxum tamen  
 ob communem alterius causae.

425. Quarto: alia est causa per se, quae ex natura instituta, vel intentione agentis diriguntur, et determinatur ad effectum aliquem producendum; ut lignis ad comburendum; alia est causa per accidens, ad quam contingenter, et praeter naturam institutum, aut agentis intentionem requiritur effectus, ut iuvenis ille à Pitaxo commemoratus, qui lapide, quo contenti ferre cupiebat, infestam ubi novexam percussit lapide submerso, et cum sic lapide non male cecidit. Quinto: alia est causa principalis, instrumentalis alia. Causa principalis dicitur illa, à qua effectus principalis, ac principaliter oritur, et cui tribuitur, ut horologium artificis; instrumentalis vero illa, quae principalis, sicuti medium invenit, et illi subordinatur, ut malum respectu horologi.

426. Hoc adjuungi solet causa occasionalis, quae, quamvis effectum minime producat, effectum tamen causam excitat, determinat, impellit ad operandum, ideoque occasionem sibi praebet, ut suam virtutem exerat, ac effectum producat. Cum causa haec vere efficiens est, viresque per causalitatem principalis effectum aliquem producat, ex quo per connexionem principalis, seu ab ea non determinata, naturam tandem sequitur effectus alius, proprie dicitur causa per se talis effectus, si non proprietate, et persistentia influens, aliter proprietate, et persistentia determinatio.



ratione, et connexis nris, quae sepe summe attendi-  
 tur ad imputationem, et attributionem effec-  
 tus. Inia, licet non sit causa propriae, et per se  
 influens in effectum esse, est tamen vere, et pro-  
 priae causa per se determinans aliam, ut dicitur  
 ve. Sic motus hominis propriae attribuitur ei, qui  
 venenum percutit.

127. Sexto: causa dicitur libera, si ea neces-  
 saria. Libere dicitur illa, quae ita operantur,  
 ut etiam non operari possint, potestque omni-  
 bus, quae ad effectum proprium producendum neces-  
 sariae sunt, adhuc independenter sint, ut effectum  
 proprium producant, sine ab illo deflectant, atque,  
 ubi libere, consultantque actum proprium incipiunt,  
 potentiam in oppositum retineant. Necessariae  
 vero causa vocantur illae, quae ita operantur, ac-  
 tumque suum producant, ut potest omnibus ad  
 agendum requiritur, ab illo deflectere, non opera-  
 ri que non possint, ut ignis necessario calorem  
 producat, corpora gravia necessario descendunt,  
 aperti oculi, ac intermedia luce necessario vi-  
 demus.

128. Tandem dividitur causa in primam, et  
 secundam. Causa prima est, quae a nulla alia de-  
 pendet, sed ceteras omnes in operando praecedit, ut  
 est solus Deus. Causa secunda est illa, quae in sua  
 opera

251.

operat'ione dependet à causa prima, ut sunt om-  
nes cause create. Claria causa primam, et se-  
cundam adeo inter se discrepant, ut opinor, ut  
eorum aliqui in fauore, perditoque consilio De-  
um, eam tamque primam impie, atque inepti-  
lime proxime intulerunt; alij vero nullam ali-  
am causam præter Deum admitti posse contem-  
dant, quas opiniones, ut refellamus, de utraque  
causa prima nempe, et secunda, licet admodum  
breuiter discussamus.

Ostenditur inter cau-  
sas efficientes da-  
ri primam, cui cæ-  
teræ subordinen-  
tur, hancque es-  
se Deum. S. 126.

429. Causam aliquam primam, et prin-  
cipium aliquod efficiens admitti debere, quod  
omnia quidem moueat, sed à nullo moueatur tot  
lms.



lingua clamant, quot in Univerſo creaturae exiſ-  
tunt; cum ſe omni pulcherrimam, ſerutiſſimam  
genem artificum, ſummiſſimaeque cauſae praefe-  
rent. Inveniunt tamen hominum aliqui, qui id  
veluti viderent, ut cum viderentur in medio  
tollere nitentur, qui efficaciter hoc argumen-  
to, ut alia omittant, reſelluntur. In id quod prode-  
tum, et factum eſt ab alio eſt factum. Reſurgit  
namque natura humana, quod eſt aliquid ſit in ſe  
ſua cauſa: eſſet enim, antequam eſſet, ac reſpo-  
ſum, et poſterum. Imo nec aliquid moueri vingu-  
am potest, quin ab alio mouatur, iuxta celebre illud  
aphorismum, quidquid movetur ab alio movetur.  
Cum enim id, quod movetur debeat necesse vanis  
tam de potentia ad actum, hoc eſt, debeat al-  
quod eſſe, vel aliquid actum accipere, quod antea  
non habebat, ſed, cum habere poterat, non ab alio,  
ſed a ſe ipſo moueretur, ſed ipſi tribuerat aliquid  
eſſe, quod antea non habebat, in quo contradicit et  
manifeſtetur in ea continetur; nihil enim aut al-  
teri, aut etiam ſibi dare potest, quod non habet.

430. **I**gitur quidquid factum eſt ab alio eſt fac-  
tum; at illud unde manū habet exiſtentiam? Nec  
licet in cauſa ſua reale inſinitum procedere,  
quod omnino deſerui non poterit. Nam, ſi nulla  
eſt cauſa prima, nulla utique erit aut ſecunda,  
aut tertia, aut ultima. Nihil adeo procedat, ſed  
et.

253.

ut. Et vanè in infinita serie causarum nulla  
frangi potest, quia ex aeterno produxerit, nam prima  
illa fuit et alia, à qua procederet. Si tendunt legi-  
tux est in causa aliqua, quia prima omnium sit, pri-  
mum primum, primum movens, quod in motum  
omnia producat, omnia moveat, omnia denique præ-  
cedat.

431. Deum esse primum Opificem mundi,  
primum omnium rerum causam, primumque mo-  
torem constantissime docuerunt illustres Philo-  
sophi. Quod ipsum ex ipsa Dei nomine aperte vobis  
me demonstratur. Cum enim Dei nomine nihil  
aliud intelligi debeat, quam ens perfectissimum,  
quod in se perfectionem omnem continet, omnium  
que rerum pulchritudinem, perfectionemque mi-  
nime complectatur, quod denique à nulla alia de-  
pendeat, non lineas certe Deus, aut otiosus esse, fieri-  
que unquam potest; cum id imperfectum conti-  
neat: neque perfectionem omnem Deus contineret,  
si perfectus, et propter ea prima causa non illi, sed  
alteri conveniret.

432. Hinc tu plus imò exasit Epicurus, alij  
que, qui, quamvis Deus fuisse esse vident, nihil  
tamen ab illi fieri posse, sed aut casum, aut fatum,  
aut fortunam omnia disponente continent, adeoque  
causas illas effinxerunt, que nihil agere unquam  
possent. Quis enim pulcherrimum coelestem or-  
dinem dispositorem, ordinem, motum, quibus admi-  
rabilem, atque infinitam fieri rerum varietatem  
non



non accuratè, sed leviter etiam inspectum capient  
 turis artificia, opera hæc esse non videant, perfec-  
 turis manique curant esse non suspicabitur, quæ  
 hæc omnia produxerit, digesserit, iungitæque hæc om-  
 nia convenerit, atque adeo nec egimus, nec fatum, verum  
 et causa prima haberi debeant.

433. Nec fatum, de quo plurima superstitio-  
 tum Philoſophi, tum Poeta veteres affirmaverunt, præ-  
 sertim vero, quod Dæi, quoque Spiritus necessitates  
 poneret, ut nulla Decurrerit, si voluit fata, vel mutari pos-  
 sent, quemadmodum inducit Homerus Jovem, ac  
 Thetidem deflente, futuraam Achillem mortem, quæ  
 ante, quia descripta in Fletu fatum tabula  
 erat, avertere, vel impedire non poterant. Nec, in-  
 quam, fatum, si verè, et catholice loqui velimus, ali-  
 ud est, quam ordinatio causarum, secundarum ad ef-  
 fectum, divinitus intentam, ut ait D. Thom. sive, ut  
 loquitur Boetius: Immutabilis rerum mobilium  
 dispositio, per quam providentia sui quoque ordi-  
 nibus nectit.

434. Nam licet quamplures effectus sint re-  
 biles, et contingentes respectu naturæ, tandem respec-  
 tu scientiæ divinæ sunt infallibiles. Cum enim  
 Deus sit immutabilis, quoque cognitio, ac volun-  
 tas caræ non possit, sed infallibiliter effectum  
 suum consequi debeat, quidquid esset ab illo scitum  
 vel ita, vel hypothetice, produci debet. Ratio hæc etiam  
 demonstrat, nihil fortuito contingere potest, nec  
 per-

pectu Dei, cum ille clare, distincte que omnia cog-  
noverit, omnia que decreverit ab eterno; licet prin-  
cipalia sint, que nobis invisibilia, nihilque tale cogitan-  
tibus accidere soleant, ut cum Abalon fugiens  
suspenditur caput in haurit, cum terra motu subverti-  
ta domus hospites interimit, aut cum fulmineo  
offendimur: unde respectu nostrae datæ fortunæ,  
et casus, quatenus aliquando nobis fortuitum, ali-  
quidque casuale accidere potest.

35. Ex his omnibus facile colligi poterat, in-  
ter causas est universa, et effluenter causam  
aliquam ceteris omnibus nobiliorum, priorum  
qui admittit oppositum, que unita creaverit, omnia  
convenit, que omnia sunt tam naturam numerum  
uno compleat, causamque ejusmodi esse Deum. Id  
unum tamen investigandum superest, scilicet, an  
Deus immediate concurrat ad productionem effec-  
tuum causarum secundarum? Responsum affirmitate  
est. Probat primo testimonio sacrae pagine in quibus  
verbum omnium, provocatio Deo tribuitur, ut  
Job. 16. omnia opera nostra operatus es in no-  
bis Domine. Joann. 1. omnia per ipsum facta  
sunt, et sine ipso factum est nihil, et cap. 16.  
sine me nihil potestis facere. 1. ad Cor. 1. hic  
est 1. Deus, qui operatur omnia in nobis.

36. Probatur secundo ex communis Philoso-  
phorum, et Theologorum consensu, qui immē-  
diatum Dei concursus adveniens Durandum  
tueretur, adeo ut Deus non solum mediate, ut illi  
v.



illud est, sed etiam immediate concurrat cum causa  
 secunda; nec tantum Deus influere in effec-  
 tum censendum sit, quia causa secunda con-  
 currat, aut cum virtute agendi instant, sed quia  
 actu in effectum influunt. Prob. textus rationem non  
 solum posse operari, sed etiam actu agere est perfec-  
 tus quaedam; sed omni perfectio a Deo, ut a prima  
 causa profertur; ergo creatura sic pendet a  
 Deo, cum operatur, ut alium concursu omnino eget.  
 Conflam: omni effectus essentialiter pendet  
 a Deo in concurrant; ergo et influere.

437. Dicitur primo: nullus finitus effectus  
 exigit immediate procedere a virtute infinita;  
 ergo. Disting. antec: a virtute infinita, ut a cau-  
 sa secunda conc: ut a causa prima nego. Nam, cum  
 omni effectus Deo subiectatur ratione vel, ab  
 illo immediate pendere debet, sicut in ratione  
 entis, sub qua nulla finita operatur virtus. Di-  
 ce v. secundo: quolibet causa habet sufficientem  
 virtutem ad operandum; ergo non exigit immediat-  
 o concurrere Deo. Disting. antec: virtutem a  
 Deo in operando dependentem conc: independentem  
 nego. Nam creatura quolibet pollet virtute  
 ad operandum nunquam caret subiectione, et  
 dependentia a Deo.

438. Dicitur textus: Deus non est causa par-  
 tialis; ergo non concurrat cum creatura ad ul-  
 lum effectum. Disting. antec: non est causa  
 par-





aliunde nec actione distincta: cum non datur actio  
actioni; ergo. Nego min. et hinc impeditur prob.  
distincti: non datur actio actioni respectu eiusdem  
coni: respectu diversorum nempe actio Dei quae est  
actionem ipsam creaturae in seipso. Actio namque  
que, quae talis est respectu creaturae, est effectus res-  
pectu Dei, aetate ad quem non obtinet minus actio-  
nis. Dicitur vero: actio ut alii non procedit immédia-  
te à Deo: exigit namque procedat à principio  
tamen esse se movente; ergo. Respondet, actio nempe ista-  
lem, ut talis, à Deo procedere, tamquam à prin-  
cipio est alii, et ab homine, ut à principio  
in quo recipitur, et qui per ipsum se movet. Dicitur  
septimè causa materialis, et formali, ut causent  
in suo genere non pendent immédiate à Deo; ergo  
nec causa efficiens. Dicitur autem: à Deo, ut ex  
certe minus subjecti, aut formae coni: à Deo, ut à  
causa efficiente causantur. Ipsa materia, et for-  
ma ergo.

Ostenditur, creaturas esse

vexæ, et propriè causas. § 13.

44. Quam plurimè, præsertim ex Neoteris,  
Philosophis, inter quos et principem locum obtinet Pa-  
ter Malebranchius Scriptor celeberrimus, oratorum  
Perbyter, ut inquitur Deo ab Episcopis in aegre  
tam, existant, non solum futurum existimant,  
De:

Deum esse probaverunt, illumque, veritatis causam  
omnia producere dixerunt, sed in super etiam volunt,  
non aliam causam efficientem praeter Deum admitti  
si debere, exortura vique nihil se vera efficiere, nihil  
operari, sed duntaxat occasionale causa esse, qua-  
tamvis efficiat eorum occasione solum Deum opera-  
tura juxta ordinem à se praescriptum. Quam opinio-  
nem, ut referamus, sit.

### Restra assertio

447. **C**ausa secunda vere arguit, et aliam  
causam esse effectus. Prob. primo in multis Scrip-  
turae Sacrae locis in quibus actio causae secundae  
attribuitur, ut Gen. 8. germinat terra herbarum et  
inter fructum semen. Luca 13. arboris, cum produ-  
cunt, dant ex se fructum. Prob. secundo: ex spica con-  
stanti experientia, qua videmus, et legum calore fore-  
re, et solem illuminare, et arboris fructus effun-  
dere, et corpora alia ab alijs moveri. Prob. tertio:  
nihil nobis notum esse potest, quam nos cognosce-  
re, dubitare, amare, et alio actu vitale exerce-  
re, cum aliunde oculi non possunt, quam à primo  
principio vitali; ergo non solum causa prima, sed et secun-  
da vere arguit. Congruum est Concl. Tridestino,  
ubi damnat aliosque liberum hominum arbitrium  
nihil omnino agere, sed merè passivè se habere.



# Solvuntur argumenta.

260.

443. Oppone v. primo quamplyra Scripturae  
 Sacrae loca, quibus evidenter, Deum omnia produ-  
 xisse, ut Salm. 103. producit in montibus fumum,  
 et novam civitatem hominum. **Isaia 44.** Ego sum  
 Dominus & faciens omnia. 2.<sup>o</sup> Machabaeorum 7.<sup>o</sup> Ma-  
 ccher Machabaeorum filium advocata sic ait: Linguae  
 meae membra non ego ipse compingere, sed omnipotens  
 Creator, qui hominem formavit matris utero. Ne-  
 perdes hinc omnibus non aliud probari, quam quod  
 ultro fatemur, Deum nempe esse principium omnium  
 causarum perfectissimum, efficacissimum, quae om-  
 nia nobilissima, perfectissimaque modo operatur, non  
 vero quod virtus omnis, et efficacia creaturae sit  
 ad imenda: quemadmodum, sicut Deus sit id, quod est,  
 non inde tamen inferri poterit, quod creaturae non  
 virtus.

444. Obijciat secundo: conceptus supremae potes-  
 tatis est conceptus divinitatis supremae; ergo concep-  
 tus inferioris potestatis est conceptus divinitatis  
 inferioris, quae repugnat est. Neque coniecit quia sicut  
 entitas, et virtus ex ipso, quod sit finita, particu-  
 larata, et ab alio dependere repugnat verae divinitati,  
 ita potentia activa: nec minus dicitur Deus prin-  
 cipium, et supremum ens, quam prima, et suprema  
 causa juxta illud Exodi 3.<sup>o</sup> ego sum, qui sum.

445. Obijciat tertio: omnis actus saltem corporea  
 mo-

motu continetur; sed motus non aliunde, quam à Deo  
 profleſcitur. cum corpus ex se lineu, et otioſuſ motu  
 tum effundere non poſſit; ergo. Ne, ſpondeo omnia ſua  
 majori deſtinguendo mōi: non aliunde, quam à Deo,  
 ut à prima cauſa con: ut à cauſa ſeconda nego  
 mōi. et conego. Quamvis enim Deus, ut cauſa pri-  
 ma omnia moueat, hoc tamen non probat, exponat  
 vltimū aliquam motus effectū cauſa ab Authore na-  
 turae non accepſiſſe, quare Deus non potuerit, vltimū  
 quamdam effectū cauſa, et actiōis, aut veluti ſua po-  
 teſtatiō radimū impatiēti, ſedimū de vltimate cau-  
 ſa efficiēti argemus paragraſo ſequenti.

## De vltute, qua cauſa crea- ta ſua producat effectus.

§. 14.

446. Cum cauſa creata ſit vera cauſa, ve-  
 rēque aliquid efficiant, vltute actiua, qua effectus  
 ſibi propiōs producent, gaudere ab dubiō debent.  
 Est autem vltute actiua primūpium illud, per quod  
 agens additur in actu primo fecundum, et potens  
 attingere operatiōnem. Primūpium hoc ad deſtine-  
 tiōnem argenti, quod appellatur primūpium quod,  
 quia ſpūſiſ precipue attribuitur operatiō, ſeu denomi-  
 natiō operanti, iuſta illud actiōnem ſunt ſuppo-  
 ſitiōnem, primūpium, quo nomine vulgē denotatur.  
 Nam licet actiō primūpium quo vocari quoque ſo-  
 leat, longē tamen alio ſenſu ſcilicet non per modum  
 influen-



Inferentibus, sed per modum influentis, non per modum  
agentis, sed per modum exercitii, quo agit.

417. Principium quod dividit solet, maxime apud  
Thomista in principium quod immediatum, et  
proximum, et principium quod mediatum, et radica-  
le; vel aliter terminum in principium quod per modum  
virtutis immediate influentis, et principium quod  
per modum radicale, à qua virtus emanat. Principium  
quod per modum radicale est ipsa forma subitantiæ  
An vero ipsi convenire possit ratio virtutis actus,  
an potius accidentium solum sit propria? In quæ-  
sione sequenti expendemus.

Utrum substantia sit  
immediate operativa?  
SY5.



418. Thomista, licet substantia comedant mu-  
tuo causa principaliter vera et propria, tum per modum  
principii quod, tum etiam per modum principaliter quod ra-  
dicale, ipsi tamen demergant in virtutem imme-  
diate operationum productivam, quod accidentibus comedunt.  
Ex adverso Scotista omnes, et omnes fere Jesuitæ con-  
stantè tenent, substantiam creatam non solum ut prin-  
cipium quod, et quod radicale, sed etiam, ut immediatam  
virtutem se operativam plurimum effectuum. Ser-  
tentia hæc valtem, quatenus hæc abstractè terminè  
continetur, nobis vera videtur. Sit igitur

Nov.

## Nostra assertio

449. Substantia creata est virtus immediate operativa. Prob. substantia creata non repugnat esse virtutem activam; ergo non est, cuiuslibet generata virtus. Consequentia recta est apud Thomistam. Probo antea: substantia non repugnat esse virtutem immediate passivam, seu receptivam, ut patet tum in materia prima, tum in substantia composita, quae immediate, juxta Thomistam, recipit accidentia; ergo nec repugnat esse virtutem, seu potentiam immediate activam. Patet consequentia: tum quia argumenta contraria vel utramque potentiam in substantia impugnant, vel neutram, ut mox patebit; tum etiam quia de ratione est, quod in de tributione potentiarum tribuatur substantia illa tantummodo, quae defectum et imperfectionem redolet, accidenti vero tribuatur illa, quae perfectionem capto.

450. Prob. secundo conclusio argumento communi, sed efficaci contra a reverentem causam secundam pollex virtute adequate productiva substantiae. Virtus adequate productiva requirit esse imperfectum, et immobilis effectum; sed accidens est immobilis substantia, ut nemo dubitat; ergo accidens non est virtus adequate productiva substantiae; ergo saltem in adequate substantia immediate insinit in aliam substantiam. Probo maj: virtus adequate productiva continere debet totam perfectionem effectus, vel formaliter, vel eminentiam, vel saltem equivalentiam; sed nullo ex his modis continet, et est immobilis effectus; ergo.

Pas



151. Major ex eo constat, quod dicitur ad adequatē  
 productiva communicat, et tribuit effectum totam per-  
 fectionem eius, et tribuere nequit, quam non continet,  
 juxta illud per se notum: nemo dat, quod non habet. Nec  
 dicatur substantiam suam perfectionem virtutis à causa  
 principali, sive ab alia substantia, virtute alicujus ope-  
 rativa accidentis. Nam causa principalis, sive substan-  
 tia, vel non est virtus immediate operativa, nullatenus  
 ingreditur effectum, non immediate per se, ut fatentur  
 aduersarij, nec item mediate, quia non ingreditur acci-  
 dens, nec illud mouet, alioquin jam esset immediate  
 operativa. Quoniam ergo pacto perfectionem in ef-  
 fectum refundet, cum in illum nullatenus ingreditur.

## Soluntur argumenta.

152. Obiicitur primo: substantia est propter  
 se, sed potentia operativa est propter operationem, ergo  
 substantia nequit esse potentia per virtutem operatiua.  
 Nego conseq. substantia itaque est propter se, quatenus  
 non est propter aliud suppositum ad adequatē distinctum  
 intrinsece accidentium. Hoc tamen non tollit, quod et  
 iam sit aliquomodo propter operationem. Quod et aduer-  
 sarij fatentur, cum apud ipsos sit verum prin-  
 cipium quod, et quæ radicale; de conceptu autem vel prin-  
 cipij operatiui, veraciter radicale est ordo ad operationem.  
 Itaq. virtus operativa ordinatur per se primo ad ope-  
 rationem; sed substantia non ordinatur per se primo  
 ad operationem; ergo. Prob. mbr. quod per se primo or-  
 dinatur ad esse, sive existens nequit per se ad operatio-  
 nem.

153.

omni ordinari: quia implicat duos actus secundum  
adagatos ab eodem actu primo provenire; sed sub-  
stantia per se primo ordinatur ad esse; ergo.

153. Argumentum Innotuit dicitur in po-  
tentia materia, quae respicit passivum, et existens-  
tiam, ut duos actus secundos. Praeterea falso supponit  
distinctionem realem essentiae ab eadem potentia. Sed ead-  
permixta dicitur magis, primo syllogismo, ordinatur  
per se primo ad operationem inesse virtutis operati-  
vae com. inesse essentiae nego magis, et sic distincta minor  
ad nego conseq. Ad minorem probationem dicitur magis,  
magis; quod per se primo ordinatur ad esse, sive existens,  
neguit per se primo ad operationem ordinari sub con-  
ceptu essentiae com. sub conceptu virtutis operativae  
nego magis, et sic distincta minor nego conseq. Prae-  
terea dicitur implicatam rationem probationem implicat  
duos actus secundos adagatos respectu potentiae  
realiter sumptae ab eodem actu primo provenire com.  
adagatos respectu diversarum formalitatum eju-  
dem potentiae ab eodem actu primo provenire nego.

154. Cum enim substantia duplicem habeat con-  
ceptum, essentiae scilicet, et naturae potest utique per  
se primo sub conceptu essentiae respiciat actum essen-  
tiae, et actum operandi sub conceptu naturae; qui actus  
licet in sensu reali sint adagati, sive pariter; quia  
non exhaustunt unumqueque totam potentiam sui prin-  
cipii, sed est pars collectio omnium actuum tamen  
potentiae respicientium, in sensu tamen formali vocat-  
ur potest uterque adagatus; alter respectu essentiae,  
alter respectu naturae formaliter sumptae, quae tamen  
potentiae realiter identificantur.



455. **I**nter: actus exercendi, et operandi non sub-  
 ordinantur inter se, nec conveniunt in aliqua ratione  
 formali, sub qua affirmari possunt ab eadem realiter, bo-  
 tentia; sed implicat unus actus secundo: ut que adeo  
 diverror, et non subordinator ab eodem actu primo pro-  
 venire, adhuc realiter sumpto; ergo. **N**ego maj. quia inter  
 que actus attribuitur sub eadem ratione generalia ac-  
 tus potentia substantiali, in qua conveniunt, nec est  
 alij valde differant. **N**ec aliqua inter utrumque actuum  
 subordinatio negari potest, cum operatio per se supponit  
 existentiam sui principij, sive hoc substantiale, sive  
 accidentale est, juxta illud operari sequitur adesse.

456. **O**bj. dicitur secundo: potentia operativa specificari  
 tur ab operatione; sed substantia requirit specificari ab  
 operatione, ergo. **D**ist. maj. ab operatione, tamquam  
 a specificativo extrinseco, et arguitur con-: **I**nter se  
 nego. Operatio namque non est specificativum inter se  
 secundi: hoc enim est differentia specifica cujusque rei, vel  
 etiam forma pluralis in rebus compositis; sed tantum-  
 modo extrinsecum, et arguitur unum, quatenus ex perfec-  
 tione, vel indole operationum, et effectuum designamus,  
 et arguimus perfectionem potentiarum, et eamdem  
 inter se distinctivam specificant: quo sensu nihil prohibet  
 substantiam specificari ab operatione accidentali.

457. **R**ep: substantia requirit specificari adhuc  
 extrinsece ab operatione accidentali; ergo. **P**rob. min.  
 ubi: specificativum, et specificatum debent esse in eo-  
 dem genere, quia perfectivum, et perfectibile sunt  
 in eadem materia; ergo. **N**ego min. **A**id hujus prob. nego  
 antec. et hujus implicitam probationem distingo:  
 perfectivum, et perfectibile, que per se ordinantur  
 ad

ad constitutum nendum per se, nomen comparativum  
 substantiale conc. reus nego. Insuper: Ratus im-  
 mediate operativa ita perfectus ab operatione ut  
 propter ipsam, tamquam propter finem est; sed acci-  
 dens non est finis substantie; ergo. *Disting. maj.*  
 tamquam propter finem quod permittit; tamquam  
 propter finem cui nego maj. et sic distincta minor  
 nego conseq. Operatio namque intenditur a virtute ope-  
 nt finis quod cadens in bonum ipsum substantia, tam-  
 quam finis cui. Ceterum enim est, quod omne accidens  
 essentialiter est propter substantiam, ut finem cui.  
 Unde propter hanc intendi ultimam debet.

458. *Obiector tertio:* quia res est in se simpli-  
 ter est operativa alterum; ergo esse operativum est  
 quod essentialiter subsequens ad esse substantiale. *Disting.*  
*antec:* quia res est *h*ly quod demotante causalitatem  
 phisicam nego: causalitatem mente logicam con. antec.  
 et nego conseq. Non enim ea causaliter est magis vera,  
 quam haec: quia res est simpliciter est operativa acci-  
 dentium, est eorumdem receptiva; quia accidens, exis-  
 tit, est operativum alterum, in quibus nulla est cau-  
 sality simul, sed pure logica, vel metaphisica.

459. *Obiector quarto:* actio, licet imperfectiva  
 effectu, cum adaequate producat adaequatione in se, quia  
 quia solum argit ut quae; sed etiam accidens argit ut quae;  
 ergo poterit adaequate producere substantiam adaequa-  
 tione virtutis, licet essentialiter sit imperfectiva. *Ipsa.*  
 Nego conseq. Nam actio sic argit pure ut quae, non  
 proprie quae, nec de se, sed sit pura determinatio ad  
 causandum. Contra virtus activa vere, et proprie  
 causat, et dat esse effectui, licet virtualiter argere ut quae,  
 cum comparativa ad oppositum.



460. *Obiectum quodlibet: si forma substantialis est im-*  
*mediatum agendi, primum solum in seipso est in perpe-*  
*tuo exercitio agendi; licet, quia anima est immediat-*  
*tum, primum solum sufficere, nequit. In subjecto esse,*  
*quoniam illud actu sufficit. Obiectio in statu in forma*  
*accidentali. Unde respondeo, quod anima est imme-*  
*diatum, primum solum in genere causa formalis, quae sub-*  
*jecto semel unita nequit non illi tribuere suum effec-*  
*tum formalem; quia ipse qui a forma, ut unita subjecto*  
*non dicitur unita. At substantia ut est agendi, primum*  
*solum nequit unita in seipso conditione, quibus*  
*constituitur, ut potest, non est in exercitio agendi.*

461. *Pro complemento obversa primo, quod, dum*  
*effectus in aliquo apparet, nec in promptu est causa*  
*causa illius, praesumptiva, cui tribuatur, maxi-*  
*me recurrit potest ad causam primam, sive Deum sp-*  
*iritum, qui, ut natura auctor, suppleat defectum cau-*  
*sa secundae, effectumque producat juxta exigentiam*  
*materiae ultimo dispositae; qui recurrit, ut philosophus*  
*philosophus, admitti debet, cum non est avilignabilis cau-*  
*sa alia effectus productiva. Ceterum de hoc in phi-*  
*losophia redibit sermo, ubi de formarum origine. Secundo:*  
*inter eventum, et potentiam operativam dicitur motio-*  
*nem rationis, sive interuenire, quod sufficit, ut*  
*absolute dicatur, eventum non esse ipsam potentiam*  
*operativam.*

## De natura, violento, et axe. S. 16.

462. **I**nter celeberrimas causas vulgo numeratur  
 natura

262.

natura naturalis, sed quia hoc nomine significatur  
non una est Philo. opinio. Tunc est namque  
aliqui veterum Philo. opinio, qui naturam nomine in-  
men aliquod, cui omnia subderentur, et a quo omnia  
penderent, intelligebant, quae Plato ait, omnia posu-  
isse, non per mentem quidem, nec per Deum aliquem  
facta, sed naturalia, atque fortuita. Sed facile ex his,  
quae paulo ante dedimus, aselli possunt.

163. Nescitur Philo. opinio nihil aliud esse natu-  
ram agunt, quam aptam combinationem partium  
ad motum secundum legem mechanicam excipiendo: hinc  
natura plantae, v. g. apud Epicur. nihil aliud est, quam  
certa coadunatio partium, vel unguis per latitudinem  
anagral plantae potest. Sunt tamen inter Epicur., qui  
nomen naturae intelligunt substantiam quamsdam  
anagral, v. g. anagral et heram, aut lignem, in-  
dicent per Universum expulsum, qui omnia pene-  
trando, et ubi omnium motum, et activitatem tribu-  
at. Verum hi omne potius naturam expulsum, qui  
am expulsum, cum nullum principium motus in-  
transiunt aditantes.

164. Longe aliter sentiunt Peripatetici, qui na-  
turam, veluti principium rerum Epicur. latitudinem ag-  
no, sunt, quo operatione ubi preparata erudant, v. g.  
natura hominis est principium illud quo homo vult,  
intelligit, movetur. Natura a Peripatetico definitur  
naturae principium motus, et quietis eque, in quo est  
proprium, et per se, et non secundum accidentia. Dicitur  
proprium principium, et causa motus, et quietis, id est  
prima causa, cuiusque, et causa omnium mutationum,  
et alterationum, quibus res se Epicur. secundum con-  
natu-



naturalem inclinationem moventur, et terminantur, quia per ipsam mutationem acquiescunt. Sic in animalibus omni actu vitali, et in quocumque corpore acquiescit, vel recuperatio accidentium ad statum contrarialem compositi spectantium partem omnino est, et à natura proveniens.

165. Additur quoque, in quo est principium, et per se, et non secundum accidens, quia natura est causa intrinseca, et invita ipsius rerum principumque principium pertinet ad principiam, et inditantialem constitutionem compositi illius, in quo natura ipsa includitur non ut accidens in subjecto. Porro, quia eadem vis, qua res se ipsam sponte movet, potest in alia derivari, natura ipsa principium est cuiusvis motus, qui ab agente naturaliter exigitur, licet fortasse violentus sit parvo. Hinc natura clarius definitur poterit: principium motus, et quiescit per se principium. Nominis principium intelligitur principium tam activum, quam passivum. Unde ratio naturae materiae, et formae convenit: materiae, quia est principium passivum, seu materialiter causa motus; formae vero, quia est principium activum, et in violentum et etiam passivum motum vitalem.

166. Violentum vocatur quicquid est ab extrinseco contra inclinationem naturae cuiuslibet rei, ut si lapis prociatua cursum, hic motus est extrinseco adveniens lapidi, ipseque violentus, quia natura sua mittitur deorsum. Hinc violentum definitur poterit, quod est principium extrinseco, passivo

parvo non confexente vsm.

167. *Aer* vocatur habitu v. vera cum ratio-  
ne effectivus; inter causa v. que vulgo immixta.  
Convenit cum natura primo, quia certo ordine et  
ratio legibus in operando procedit. Secundo, quia  
sicut aeger naturale formam producit sua for-  
ma similem, ita artifex intendit in materiam  
inducere formam instar illius, quam in mente  
præconceptam habet. Tertio, quia aer naturam  
imitatur: unde dicitur naturæ æmula, vsm, vel  
melius discipula: didicit enim a natura usum  
operum noxam. Sic ex umbra naturali pictu-  
ram; ex artu dormi; ex avium expansu ali-  
vela.

168. Dividet vero aer a natura primo, quia  
forme a natura inducta vsm, et actus ei:  
